

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1905

Adelphoe IV

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1583](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1583)

## IV.

## 1.

- 517 1 1 AIN PATREM HINC ABISSE RVS hic ostenditur timiditas boni adulescentis et reuersi ad peccandum ex delicti conscientia et reuerentia parentis. apparet item mos uerorum patrum circa filios Syro Demeam describente.
- 2 AIN PATREM HINC ABISSE RVS compendio ostenditur, 5 quid sit iam locutus Syrus.
- 518 2 1 NVNC CVM MAXIME OPERIS ALIQUID FACERE CREDO uide quasi *ἰδιῶμα* uerborum Syri esse, de opere loqui; sic enim dixit et Demeae (*III 3, 47*), sed illud falso, hoc serio. 2 VTINAM QUIDEM 'apud uillam sit' subaudiendum 10 et distinguendum, antequam inferas quod sequitur.
- 519 3 QVOD CVM SALVTE EIVS FIAT hoc est non odisse patrem, sed tantum timere ex proprio delicto; seruatur enim in eo et amor filii et amoris affectus.
- 520 4 1 VT TRIDVO HOC PERPETVO quantum sufficiat amatori. 2 *Et* non opus erat 'perpetuo' dicere, si 'triduum' dixisset.
- 521 5 1 ET ISTOC SI QUID POTIS EST RECTIVS deest 'addi', nam si mortem significaret, non conueniret adulescentem 'ita' dicere. uidetur enim plus temporis optasse languori. 20
- 2 †NAM HVNC DIEM MISERE NIMIS CVPIO† 'moriatur' scilicet. et hoc auersus seruus debet dicere, ne indecorum adulescentis personae sit ad haec 'ita' dixisse. quamquam eiusmodi adulescentes inducant comici, ut Naeuius in Tri-

2 reuersi *W.*: ruri se *codd.* || 3 apparet item *Steph.*: aperiet ut est (est *om. C*) *codd.* || 6 locuturus *C*, (*ante corr.*) *V* || 7 *CVM*] autem *V* | ALIQUID *om. V* || 8 *ἰδιῶμα* *Steph.*: \*\*\*\* *codd.* || 9 dixit *W.*: dicit *V* (*dett.*), *om. C* | illo falso huius *C* || 11 inferatur *V* (*dett.*) || 16 *Et* non | non enim *V* (*dett.*) || 19 conue\*\*rat *C* || 21 *NAM* — *CVPIO*] *schol. pertinet ad ITA FIAT* | miser *C* || 22 et hoc auersus *Westerh.*: ad hoc uersus *C*, adhuc aduersus *V* | seruos *V* || 23 ad *om. V* (*dett.*) | hoc *C* | quamuis *V* (*dett.*) || 24 *tribaselo CV*; *corr. Ribbeck*

bacelo (*Ribb.*<sup>3</sup> p. 26) 'deos quaeso, ut adimant et patrem et matrem meos'.

522 6 1 MISERE NIMIS CVPIO abundat 'nimis' more comitorum, qui hoc dicto asseuerationem inculcabant. 2 CVPIO VT COEPI PERPETVVM IN LAETITIA DEGERE qui et 5 supra dixit (*II 4, 23*) 'ita quaeso, quando bene successit, hilarem hunc sumamus diem'.

523 7 1 ET ILLVD RVS NVLLA ALIA CAUSA TAM MALE ODI mire ostendit omnia ex delictis in prauum uerti, adeo ut miseram putet adulescens suburbanam uillam, qua re ceteri 10 delectantur. 'illud' ergo tamquam cum detestatione dixit.

2 *Et* MALE nimis et misere, nam nimium et malum et miserum est secuhdum illam sententiam (*Andr. I 1, 34*) 'ut ne quid nimis'.

524 8 QVOD SI ABESSET LONGIVS iam amoris magis quam 15 rei consulit adulescens.

526 10 IAM HVC RECVRRET mire de sene 'recurreret' dixit, ut eius instantiam demonstraret.

528 12 1 NIHILNE IN MENTE EST sic hoc accipiendum est, ut adulescenti libero malitiam putemus, non sapientiam 20 deesse: adeo in hac re magister est seruus. 2 TANTO NEQVIOR sic hoc dictum est, ut e contrario dicimus 'tanto melior' (*Heaut. III 2, 38*). 3 NVMQVAM QVICQVAM  $\pi\alpha\sigma\text{-}\epsilon\lambda\zeta\omicron\nu$  pro 'numquam', id est non.

529 13 1 CLIENS AMICVS HOSPES NEMO EST VOBIS uide 25 magistrum ad nequitiam, ut simplici adulescenti mentiendi uiam demonstraret et honestum temptet afferre argumentum ad mendacium: propter clientem, amicum aut hospitem in urbe cessare; quod tamen nec sic intellegit ut rudis ac

1 patrem et matrem (*om. et 1.*) *V* || 3 miseria minus *C* || 4 asseueratorem *C* || 5 perpetuo *C* | letitiam *CV* | dixit *om. V* (*dett.*) || 7 hunc *om. V* (*dett.*) || 12 <et> nimis *V* | ut miseram nimium ut *C* || 13 est] et *C* || 15 iam *W.*: iō *C*, *om. V* (*dett.*) || 21 adesse *V* || 22 ut — melior *om. C* || 23 parelcon *V* (*dett.*), \*\*\*\* *C* || 24 pro] ut *V* | id est] pro *ante corr. V* || 25 nobis *codd.* || 26 mentiendi *om. C* || 27 monstret *V* || 28 aut] ad *C* || 29 cessare *C*, *cod. Cuiac.*, cessare uisum *V* (*dett.*) | intellegit ut *W.*: intelligitur (-git /// /// *V*) *codd.*



rusticus adulescens. 2 CLIENS AMICVS HOSPES NEMO EST VOBIS mire sic interrogauit, ut qui agrestes inhumanosque reprehendat et insociabiles aliis ob asperitatem rustici senis.

535 19 LAVDARIER TE AVDIT LIBENTER quod de Demea 5 dicitur, in omnes parentes dici puta; nam nemo tam asper est pater, qui non statim mitescat laudato filio.

536 20 1 VIRTUTES NARRO non dixit 'elegantem indolem' sed 'uirtutes'. sunt autem perfecti sapientis uel diui alicuius. 2 *Et* bene cum stupore respondet 'meas?' ostendens quod nullae essent. 10

530 14 1 <sup>†</sup>QVAE NON DATA EST NON POTEST FIERI <sup>†</sup> a superiore subauditur 'ueniat in mentem', id est: cogita dari potuisse et datam dicito. 2 QVAE NON DATA EST NON POTEST FIERI hic de facto quaestio est, in qua quidam disputant 15 quaedam tunc possibilia intellegi, cum facta sint; cum autem non fiant, non modo non fieri, sed ne possibilia quidem esse dicenda: qui locus *περὶ δυνατῶν* dicitur. 3 POTEST iterum subauditur 'ut data sit' uel 'ut credatur data'. 20

531 15 INTERDIVS bene, quia amatori maxime noctu opus est.

532 16 1 VAH QVAM VELLE ETIAM NOCTV hoc utriusque personae conuenit, sed melius a Syro et facetius dicitur. 2 *Et* quidam totum personae Ctesiphonis assignant ab usque 'interdius'. 3 *Et* 'quam uellem' proprie dicimus 25 in his, quae non uidemus fieri. bene igitur deficiente argumento cum aliud non inueniret, in uota conuersus est: unde uidentur magis haec uerba Ctesiphonis esse.

2 nobis CV || 3 rustici senis om. C || 5 de *Westerh.*: a *codd.* || 6 putat *codd.*, corr. *Steph.* || 7 pater om. C || 8 <iam> indolem C || 9 alicuius om. C || 11 quae C || 12 QVAE — FIERI] *schol.* pertinet ad HAEC (sic ad *Eun. II 2, 50*) OPERA UT DATA SIT | EST] sit V (*dett.*); sic et *infra* || 16 tunc om. C | <qui> cum 1. C, quando V (*dett.*) | sunt C || 17 nec V || 18 *περὶ δυνατῶν Steph.*: \*\*\*\*\* *codd.* || 19 <ut> uelut C || 21 quia — est opus post 23 conuenit C || 23 conuenit (*cf. supra*) utriusque persone C || 24 quidam — usque om. C || 26 non] nunc C, *cod. Cuiac.* || 28 haec uerba magis V



- 533 17 CALLEO callide scio.
- 534 18 1 CVM FERUIT MAXIME tertia coniugatione dixit, unde et feruere dicitur correpta media syllaba. 2 QVO MODO miratur, quia timet eum quem iste contemnit.
- 536 20 3 MEAS TVAS et 'meas' et 'tuas' cum gestu pronuntiare debemus, ut intellegatur irrisio.
- 537 21 1 QVASI PVERO GAUDIO deest 'prae' ut sit: prae gaudio. 2 LVPVS IN FABVLA silentii indictio est in hoc prouerbio atque eiusmodi silentii, ut in ipso uerbo uel ipsa syllaba conticescat, quia lupum uidisse homines dicimus, qui repente obmutuerunt; quod fere his euenit, quos prior uiderit lupus, ut cum cogitatione in qua fuerint etiam uerbis et uoce careant. nam sic Theocritus (*Id. XIV 22*) 'οὐ φθέγγῃ; λύκον εἶδες' et Vergilius (*Ecl. IX 53—54*) 'uox quoque Moerim iam fugit ipsa, lupi Moerim u. p.' alii putant ex nutricum fabulis natum pueros ludificantium terrore lupi paulatim †capua uenientis usque ad limen cubiculi. nam falsum est quod dicitur interuenisse lupum Naevianae fabulae Alimonio Remi et Romuli, dum in theatro ageretur. 20
- 538 22 FVGE MODO INTRO non dixit 'i' uel 'abi' uel 'uade', sed 'fuge': tanta celeritate opus est.
- 539 23 1 SI QVID ROGABIT NVSQVAM TV ME magna uirtute Terentius rudem, simplicem timidumque inducit Ctesiphonem ab initio, ut is sit, qui mox opprimetur cum meretrice accumbens interuentu patris ob imprudentiam et rusticitatem suam. 2 NVSQVAM TV ME familiaris ἄλλειψις et apta properanti, quare haec omnia et pressa uoce cum celeritate pronuntianda sunt.

3 et feruere *L*, efferuere *CV* || 4 quia] qui *V* (*dett.*) | conuenit || 5 et 1. — tuas *om.* *V* || 8 inditio *C* || 9 silentio uel in ipso uerbo ut ipsa sillaba (fabula *V*, *dett.*) conticescat *codd.*, *corr. W.* || 10 homines] .i. omnes (*in mg.* al' uel) *C* || 11 feris *C*, (*in mg.* uel fere iis) *V* | quas *C*, (*in mg.* quos) *V* || 14 οὐ — εἶδες *suppl. Steph.*: \*\*\*\* *codd.* || 17 ludificator *V* | †capua] e cauea *Westerh.*, ex silua *Schoell.*, per arua *Goetz* || 20 dum *om.* *C* || 21 is *C* || 27 elipsis *V* (*dett.*), \*\*\*\* *C* || 28 et pressa] obpressa *V* (*dett.*)

## 2.

540 1 1 NE EGO HOMO INFELIX SVM in hoc actu exemplum est, neminem facilius quam optimum quemque falli atque deludi. 2 *Et* 'ne' ualde significat, ut 'ne illi uehementer errant' Cicero in Catilinam (*II* 3, 6). 3 NE EGO HOMO SVM INFELIX uide initium conueniens perpetuo maerori Demeae: per totam fabulam aut 'disperii' (*III* 3, 1) dicit aut 'defessus sum' (*IV* 6, 1) aut tale quid semper, quo queratur, ita tamen, ut cum augmento sit miseria, quotienscumque processerit. nam plus est quod nunc dixit 'ne ego sum infelix' quam 'disperii'. 4 NVSQVAM IN-10 VENIO GENTIVM abundat 'gentium'.

541 2 1 A VILLA MERCENARIVM VIDI sapientissime Terentius etsi proxima uilla est, necessarium senem ad reliquos actus fabulae noluit ab urbe discedere personae senilis memor. nam et arduum fuerat dum redit et cruciabile, 15 ne fatigatio eius in tragoediam transiliret. recte igitur inuenit a mercenario illi in urbe narratum ruri non esse Ctesiphonem. at ubi persona est adulescentis, et proficiscitur ad uillam et continuo redit, ut in Eunucho Phaedria. 2 *Et* A VILLA utrum 'a' pro de positum est, ut 20 sit: de uilla, an deest 'uenisse', ut sit: a uilla uidi uenisse mercenarium?

542 3 NEC QUID AGAM SCIO utrum fratrem an filium magis quaeram. nam senex querulus tria dicit sibi esse incommoda: quod fratrem non inueniat, quod Ctesipho 25 ruri non sit, quod utrum in urbe maneat an ad uillam abeat ipse nesciat.

2 quemque] senem *cod. Cuiac.* || 3 deludi] uir. *add. C,* ut uirgilius ait *add. V (dett.)* || 5 homo ante ego *C,* post sum *V* | memori *C,* (*ante corr.*) *V* || 7 tale quid] aliquid *C,* *cod. Cuiac.,* aliquid tale *V (dett.)* || 8 quod *C* | ut *om. C* | argumento *codd., corr. ed. pr.* || 9 quotiensque *C* | praecesserit *V* || 10 infelix *om. C* || 13 necessario *codd., corr. Bentley* || 18 at *Lindendr.:* aut *codd.* || 20 est *om. V* || 24 dixit *C* | esse sibi *V*

de Haec. 327  
Nuc 21



- 543 4 1 VERVM modo 'uerum' nomen est. 2 An ad-  
uerbium confirmantis, id est uere? 3 PERII QVIN TV  
ANIMO BONO ES haec Ctesiphonis perturbatio huc tendit  
poetae arte, ut deprehendatur cum amica filius repente  
intrante sene. 4 Nunc 'quin' pro immo positum est. 5
- 544 5 1 QUID HOC MALVM 'malum' abundat. 2 QUID  
HOC MALVM INFELICITATIS deest 'sit'. et est ordo: quid hoc  
infelicitatis sit, nequeo discernere. hic autem 'malum'  
pro interiectione est positum, quasi dicat 'o malum'. et  
est dictum anxii hominis et perturbati nimis. 10
- 545 6 1 NISI ME CREDO pro: nisi quia iam superest, ut  
me credam. *hic enim sensus est in huiusmodi locutione.*  
2 NISI ME CREDO HVIC ESSE NATVM 'nisi me <credo>  
noua locutio pro: nisi quia credo. et 'huic rei' potest  
subtrahi incolumi sensu, ut <sit>: nisi me credo natum 15  
esse ferendis miseriis. ergo 'huic rei' subdistingendum  
et sic inferendum 'ferendis miseriis'. 3 Ergo 'huic rei'  
pro 'ad hanc rem'.
- 546 7 1 PRIMVS <... PRIMVS ... PRIMVS> επαναφορά.  
2 PRIMVS SENTIO MALA ridiculus error Demeae. 3 Et 20  
'primus' ad ordinem, 'solus' ad numerum dicitur.
- 547 8 1 PRIMVS PORRO OBNUNTIO qui malam rem nuntiat,  
obnuntiat, qui bonam, adnuntiat. nam proprie ob-  
nuntiare dicuntur augures, cum aliquid mali omnis  
scaeuumque uiderint. 2 Ergo 'obnuntio' malum immi- 25  
nens nuntio quasi omen nuntio: inde enim *ετυμολογία*

1 nomen est an *cod. Cuiac.*, non est nomen sed *V (dett.)*,  
est an *C* || 2 confirmantis *om. V (dett.)* || 3 bono animo *V (dett.)* |  
huc *Steph.*: hoc *C*, hac *V* || 5 intrante *W.*: ignorante *C*, in-  
gresso *V (dett.)* | pro <quin> immo *codd.*, *corr. W.* || 6 abundat  
malum *V (dett.)* || 7 deest — ordo *Schoell.*: deest iste. testor. de *C*,  
deest detestor *V* || 9 positum <et est dictum> *codd.*; aberravit  
*librarius* | dicat *om. V (dett.)* || 15 incolumis sensus *codd.*, *corr.*  
*ed. pr.* | sit *add. W.* || 16 ferendis *V* | ego *C*; sic et *infra* ||  
19 επαναφορά *Steph.*: \*\*\*\*\* *codd.* || 20 ridiculum *V* | errori  
*CV* || 21 dicit *C* || 22 quia *C* || 25 scaeuumque *D*, seuumque *V*,  
seuum seuumque *C* || 26 ethimologia *V (dett.)*, \*\*\*\*\* *C*

huiusce uerbi est. 3 AEGRE SOLVS SI QVID FIT FERÒ  
 prae scilicet.

548 9 IS SOLVS NESCIT OMNIA [et] bene 'solus' utpote de  
 multis, quia cum sciat Micio, Syrus, Aeschinus, Ctesipho,  
 populus, hic solus fallatur.

549 10 SI FORTE FRATER REDIERIT VISO pro: si rediit.

550 11 1 PRORSVS SE INRVAT neutrum uerbum quasi acti-  
 uum 'se irruat' †prius. 2 VIDE NE ILLE HVC iam metuitur  
 quod futurum est. 3 Et cum neutrum sit 'irruat', noue  
 intulit 'se'. praeterea sic dixit 'irruat' tamquam de eo 10  
 qui pugnaturus sit, ut in Eunuchò (IV 7, 18) 'quam mox  
 irruimus?' aut tamquam de sue, ut Horatius (Ep. II 2, 75)  
 'hac lutulenta ruit sus' et Vergilius (Geo. III 255) 'ipse  
 ruit dentesque S. e. s.' 4 ETIAM TACES antique pro  
 'tace'. sic in Andria (V 2, 8) 'etiam tu hoc respondes?' 15  
 pro 'responde'. est ergo correptionis significatio.

551 12 HODIE EGO ISTVC COMMITTAM TIBI quod ago, id  
 est complexum mulieris.

552 13 1 NAM ME IAM IN CELLAM ALIQVAM CVM ILLA CON-  
 CLVDAM id agit stulte adulescens, ut ibi deprehendatur, 20  
 ubi conclusus est; sed sic ipse agit, ut possit subterfugere  
 non deprehensus conspectum patris. 2 IN CELLAM ALI-  
 QVAM CVM ILLA eleganter figurauit in locum quasi in  
 loco: 'in cellam concludam', non 'in cella'. 3 Et mire,  
 ut reclusum tutumque locum subiret, cellam scilicet, quam 25

1 est om. C | FIT] est *codd.* || 3 et *secl. W.* || 5 fallitur V  
 (*dett.*) || 7 PRORSVS] prius (*sser. rediit*) intro C, intro V || 8 p̄ prius  
 C, penis V (*dett.*); prorsus *ed. pr.*, posuit Steph., PRORSVS πέρυ  
 Schoell || 10 se <sed quasi> V (*dett.*), sed <quam> C || 11 sit]  
 est C || 12 irruamus CV | sue] f. u. f. *codd.* || 13 sus <u. e. i.>  
*codd.* || 16 <et> est V | arreptitius *codd., corr. Steph.* | significatum  
 V (*dett.*) || 19 NAM om. C | iam me C || 20 agit W.: egit *codd.* ||  
 21 est sed hic] ut C | agit W.: ait C, *cod. Cuiac.*, gerit V,  
 egit *dett.* | ut om. C | posset V || 22 non et patris om. C || 23 ille  
 C | eleganter W.: legantur C, -atur V (*dett.*), latenter *cod.*  
 Cuiac. | figurauit W.: figura aut C, *cod. Cuiac.*, figuratiue ut  
 <dicimus> V (*dett.*); v. *append.* | locum] loco C || 24 cellam 2.  
 C | Et] ait V (*dett.*) || 25 totumque *codd., corr. Lindenbr.*



ob ea quae in ipsa celantur clausam esse conueniat. nam et cella et cellarium a reponendis celandisque rebus esculentis et poculentis dicitur.

553 **14** 1 AGE TAMEN EGO HVNC AMOVEBO mire 'amouebo' dixit, non 'deterrebo'; nam proprie amouetur de loco saxum. quo uerbo significat imminere sibi magnum laborem in hoc opere. 2 *Et uide αὐξήσιον*: supra (III 3, 47) ut pecudem 'abigam hinc rus' dixit, modo ut saxum 'amouebo' inquit.

554 **15** NON HERCLE HIC QUIDEM DVRARE QVISQVAM SI SIC FIT POTEST nimis moraliter expressa uerba sunt Syri uerberatum se indicantis: quis non ex uerbis seruum intellegat? et seruum recens uerberatum? et seruum fugam commināntem? mire autem non 'ego' sed 'quisquam' dixit nec 'permanere' sed 'durare'; nam hoc uerbum perferendis malis conuenit, ut Vergilius (*Aen. I 207*) 'durate et uosmet rebus seruate secundis'. haec autem omnia sic dicit, quasi non uideat Demeam.

555 **16** 1 QVOT MIHI SINT DOMINI et hoc apparet non a legitimo domino uerberatum esse. 2 QVAE HAEC EST MISERIA deest 'quam patior'. et quasi comploratio quaedam est flebilis post querelas.

556 **17** QUID ILLE GANNIT 'gannit' proprie: gannitus est ueluti ploratus uapulantium.

557 **18** QUID MALVM et hic 'malum' pro interiectione abundat.

558 **19** CTESIPHO ME PVGNIS MISERVVM ET ISTAM PSALTRIAM VSQVE OCCIDIT mire interiecit 'miserum'. et necessario

1 ipsa om. C || 3 esculandis V (dett.) | poculentis C, poculandis V; cf. *Eun. II 2, 25* || 4 ego tamen (om. AGE) C | admovebo semper V || 5 saxum de loco V (dett.) || 6 <in> quo codd. || 7 auxesin C, -sim V | supra om. C || 8 ut] et C | rus] tñ C || 10 SI SIC FIT om. C || 13 recenter V (dett.) || 15 uerbum om. C || 16 ut om. C || 18 dixit V || 19 SINT] sunt codd. || 20 esse <se> codd. | QVAE om. C || 23 gannitus Steph.: gannita C, om. V | est (ante proprie) V, et C || 25 et om. V | pronuntiatione C

'usque' addidit, ut ostenderet τὸ 'occidit' nimiae caedis uerbum, non occisionis intellegi oportere.

559 20 1 VSQVE OCCIDIT pro: uehementer cecidit; ualde est. 2 VSQVE OCCIDIT pro: uehementer cecidit; nam occidere et praecidere ad caedem referebantur 5 apud ueteres. 3 VSQVE OCCIDIT ἰδιωτικῶς: nunc enim occisus loquitur. 4 EM VIDE VT DISCIDIT LABRVM non ostendit sed uidetur ostendere seni parum iam uidenti et intra os. 5 EM VIDE VT DISCIDIT LABRVM Asper mediam longam a caedendo accipit, ego mediam breuem a scin- 10 dendo.

v. app. p. 571

560 21 1 NON TV EVM RVS PRODVXE AIEBAS mire Terentius eos ipsos qui falluntur ex aliqua parte cautos facit, ut eo delectabilius spectatoribus procedant doli. nam quae gratia est aut delectatio non <nisi> stultissimum falli? 15  
2 NON TV EVM RVS PRODVXE AIEBAS memoriter senex non solum quid sibi dixerit Syrus paulo ante, sed et quibus uerbis dixerit refert. nam sic dixerat (III 3, 48) 'quem egomet produxi'.

561 22 VERVM VENIT POST INSANIENS NUNC (III 3, 48—49) 20 'produxi... iratum admodum', nunc ἀἰσθητικῶς non iratum praedicat, sed insanum.

562 23 1 NIHIL PEPERCIT ut supra (III 3, 51) 'nihil reticuit'. sic dicimus in his, quae praeter expectationem gesta sunt. 2 VERBERARE HOMINEM SENEM miserum fit 25 de aetate id, quod de condicione non poterat.

563 24 1 QVEM EGO MODÓ PVERVM addidit aetati in-

1 addidit] occidit C | to V, te C || 2 non Steph.: nunc codd. || 3 prope in ras. V (dett.), proprie C || 5 praecidere W. (cf. codd. Plauti Cas. 404, ubi perc-Turnebus): praecidere codd. || 6 ἰδιωτικῶς Steph.: \*\*\*\*\* codd. | nunc] non Steph. || 7 hem codd.; sic et infra || 12 EVM om. C | produxi C, -xisse V || 14 <in> eo C | procedant — NON om. C | nam quae in ras. V || 15 non <nisi> W.; hominem Bentley (Westerh.); del. Hartman || 16 EVM] modo C | produxi C, p. V || 17 sed et W.: sed V (dett.), ex C || 20 VENIT om. C || 21 ἀἰσθητικῶς Steph.: \*\*\*\*\* codd. || 24 in his om. C | praeter Steph.: post codd. || 25 SENEM om. C



uidiam et meritum recens; hoc est enim, quod dicit 'modo'.

2 *Et* TANTILLVM δεικτικόν est: uidetur enim manu fingere quam paruulum.

564 25 1 LAVDO CTESIPHO PATRISSAS facile inductus est senex uarietate fraudis et doli. nam Syrus et supra ut 5 laudans, non ut uituperans Ctesiphonem, et nunc ut accusans idem perficit atque persuadet. 2 PATRISSAS ἀξι-σις, nam ut supra (III 3, 57) dixerat 'spero, est similis maiorum suorum', hic confirmauit quod sperare se dixerat.

3 *Et* 'uirum te iudico' inquit, non 'adulescentulum': 10 hoc enim ad aetatem et probitatem, non ad sexum refer- tur. 4 PATRISSAS attende quam bene inuentum sit ita senem dicere! nonne uidetur tibi stultissimus, cum huius-

modi laude non modo se nunc laudare uelit, quod odio- sum est, sed etiam filium apud intellegentes uituperare 15 uideatur? siquidem non solum hic stultus est, sed etiam ille, quia 'patrissas' inquit. 5 PATRISSAS ABI tam secu- rus est, ut se laudet. et 'abi' addidit quasi dicat: non est quod iam <te> demorer, perfectus es. 6 LAVDO CTE-

SIPHŌ hic totus uersus mire delusum ostendit senem. 20

565 26 NE ILLE CONTINEBIT POSTHAC SI SAPIET MANVS comminatio et subtilis et parcior uelut serui.

566 27 1 PERQVAM nimis: εἰρωνεία. 2 ET ME SERVVLVM ὧς orator non 'seruum' sed 'seruulum', cum sit senex.

567 28 1 NON AVDEBAM hoc est: non poteram. 2 HVI 25 PERFORTITER hoc gestu seruuli et nimis leuiori personae congrue dictum est.

2 dicticon *codd.* || 4 laudo <te> V || 5 et 2. *Steph.*: ut *codd.* || 7 auxesis V (*dett.*), \*\*\*\* (*ante* PATRISSAS) C || 8 nam *om.* C || 12 attende *Steph.*: autem *codd.*; aduerte *Schoell* | ita senem *Teuber*: immanem se *codd.* || 13 uidetur *dett.*, -deretur V, -derat C | tibi L, ibi CV || 14 nunc *Teuber*: non V, *om.* C | nellet *codd.*, *corr.* *Teuber* | odiosus C || 15 est *om.* V (*dett.*) || 17 quia et inquit *om.* C || 19 te *add.* W. | de more C (*dett.*) | es *dett.*, est CV | laudo <te> V (*dett.*), laudet C || 20 delusum *cod. Cuiac.*, dolosum *rell.* || 21 sapiat V (*dett.*) || 22 ueluti V || 23 ironia V (*dett.*), \*\*\*\* C || 24 ὧς (*an* ὧσι?) orator W.: a. c. o. orator C, oratorie V (*dett.*) || 25 est *om.* C | huic non fortiter C || 26 seruuli C

- 568 **29** 1 NON POTVIT MELIVS hoc est 'laudo, Ctesipho' (v. 25). 2 *Et* deest 'feri' ut sit: non potuit melius fieri. 3 IDEM QVOD EGO hoc est 'patrissas: uirum te iudico' (v. 25).
- 569 **30** SED ESTNE FRATER INTVS 'responde' <deest>, ut 5 sit: <sed> responde.
- 570 **31** VERVM HODIE NVMQVAM MONSTRABO uolens senem audius quaerere, quod hic semper ardor paratissimus credendi etiam falsis est, fingit se nolle dicere. 'hodie' autem aut abundat, ut (*Verg. Aen. II 670*) 'numquam 10 omnes h. m. i.' aut 'numquam hodie' pro: nullo tempore huius diei, quia numquam per se generale est.
- 571 **32** 1 DIMINVETVR TIBI QVIDEM IAM CEREBRVN cominationis genus uerba ipsa indicant, ut appareat senem baculum sustulisse. 2 AT NOMEN NESICIO ILLIVS HOMINIS 15 SED LOCVM NOVI VBI SIT recte, quia si nomen diceret, non erat errandum agnita persona hominis; sed ubi habitat cognito, seu notus est seu ignotus, nulla causa quaerendi superest.
- 572 **33** 1 DIC ERGO LOCVM 'dic ergo' ait, quasi inuitum 20 coegerit. 2 'Ergo' semper addimus, ut hortemur tarde facientes, ut Vergilius (*Aen. II 707*) 'ergo age, care p., c. i. n.'
- 573 **34** 1 NOSTIN PORTICVM APVD MACELLVM conuenit rustico et parcissimo seni macellum in urbe nescire, et 25 ideo sic interrogatur a seruo. 2 HANC DEORSVM bene 'hanc deorsum', quia non est una.

1 potest melius <feri> C | laudo <te> V (dett.) || 2 potest C || 3 IDEM hoc est C | hoc id V | <et> uirum V || 5 deest add. Steph. || 6 <non> sit V (dett.) | sed add. W. | respondit V || 7 senem om. C || 8 ardor semper V || 9 credendi W.: credentis codd. || 13 iam cerebrum quidem V (dett.) || 16 quia si Steph.: quasi codd. | nomen W.: hominem codd. || 17 erratum om. erat V (dett.) | sed W.: et codd. || 18 cogito C | si notus esset ignotus codd., corr. W. || 19 superest W.: superesset V (dett.), om. C || 21 addit C | tarde <id> V (dett.) || 26 hac V (dett.); sic et infra || 27 unum V (dett.)



- 574 **35** 1 HAC RECTA proprie 'hac' hac parte, ut manu uiam ostendere uideatur.
- 573 **34** 3 QUIDNI NORIM correptiue 'quidni' pro 'quid nisi': etenim quamuis rusticus, tamen ciuis est Demea.
- 574 **35** 2 VBI EO VENERIS CLIVVS DEORSVM VERSVM EST 5 HAC TE PRAECIPITATO hoc lentius. quidam clarius legunt, ut sit '<te> praecipitato' cito descende.
- 576 **37** 1 AD HANC MANVM τῶν πρὸς τὴν προσῆζον dicitur, in quo non permanet certum dextrum nec certum sinistrum, et ideo proficit in errorem. uult enim seruus haec 10 signa esse perplexa. 2 *Et* 'sacellum', ut Varro (*Ant. rer. div. l. VI?*) ait, sacra cella est. 3 PROPTER prope, ut Vergilius (*Geo. III 13—14*) 'templum de m. p. a.' et Lucretius (*V 1392*) 'propter aquae riuum sub ramis arboris altae'.
- 577 **38** 1 ILLI VBI ETIAM CAPRIFICVS MAGNA EST in hoc Homerum imitatus est, qui dicit caprificum prope Troiana moenia constitutam (*cf. Il. VI 433*). 2 HAC PERGITO non 'ito', sed quia longum est 'pergito'.
- 578 **39** 1 ID QUIDEM ANGIPORTVM id est angusta et curua 20 uia quasi anguiportus, ut Angitia Anguitia. alii quod inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos, nam domos uel portus uel insulas ueteres dixerunt. 2 *Et* obserua Terentianam consuetudinem, qua inducit nonnihil sapere eos qui falluntur.
- 579 **40** 1 CENSEN ME HOMINEM ESSE ERRAVI calliditas est maxima, deprehensum mendacium non defendere sed fateri, ut opinionem simplicitatis acquirat. uides igitur, ut ipse sibi succenseat, tamquam imprudens errauerit, non dolo-

1 recte *codd.* | hac parte hac *C* || 4 quamuis rusticus] ut tuos *C* || 6 quidem clarius legitur *C*, quidem aliqui legunt aliqui clarius *V* (*dett.*); *corr. Steph.* || 7 te *add. W.* | descendens <est> *C* || 8 Τὸν πρὸς τὴν πρὸς ἄκρον *cod. Cuiac.*, \*\*\*\*\* *rell.* || 9 nec] et *C* || 14 riuulum *V* || 16 ILLI VBI] alibi *C*, ubi *V* (*dett.*) || 21 agni portus *C*, angi portus *V*, *corr. Steph.* | ut *ed. pr.*: aut *codd.* | angran anguitia *C*, angutia aut angustia *V*; *A.* <quasi> *A.?* || 24 <in> qua *codd.* || 27 maxime *C* (*dett.*) || 28 ipsus *V*

- sus impulerit interrogantem. 2 *Et* mire se negat hominem, tamquam homo corde sit, non corpore.
- 580 41 1 SANE HAC MVLTQ PROPVS IBIS quasi errasse profuerit illa uia. 2 *Et* sane pro satis ac ualde, quia qui sanus est, idem et ualidus. 3 MINOR EST ERRATIO 5  
erratio pedum, error animi est et loci in quo erratur.
- 581 42 CRATINI HVIVS DITIS AEDES congrue nomen inuenit diuiti Cratinus ἀπὸ τοῦ κράτους, id est a potentia.
- 582 43 1 AD SINISTRAM HAC deest 'ito': figura ἔλλειψις.  
2 VBI AD DIANAЕ VENERIS sic absolute dicebant non 10  
addito 'templum'. Sallustius (*Hist. fr. inc.* 26 M.) 'ad Iouis mane ueni'.
- 583 44 1 PRIVS QVAM AD PORTAM VENIAS 'portam' dicendo ostendit usque ad muros finemque ciuitatis erraturum Demeam. porta autem ab aratro portando dicta est, 15  
quod eo loco coloniae conditor et deductor subiunctis uacca et tauro aratrum, quo urbem designat, suspendit manu, ne imprimat sulcos, ubi ciuitatis aditus relinquendi sunt. 2 APVD IPSVM LACVM credibiliter addidit 'lacum', nam Varro (*cf. r. r. I 13, 3—4*) docet semper lacum 20  
portis additum scilicet ob usum iumentorum exeuntium et introeuntium, et praeterea, ut aduersum hostilem ignem portis de proximo subueniretur.
- 584 45 EST PISTRILLA ueteres absolute dicebant pistrinam ut sutrinam et medicinam, ad tabernam referentes; nam 25

1 <et> interrogem C || 3 <sup>h</sup>ae V, hanc C || 4 ualide V || 5 et om. C | erratio om. C || 6 pedum <est> V || 7 aedem V | <a> congruo C || 8 ἀπὸ τοῦ κράτους M<sup>4</sup> (Steph.): \*\*\*\*\* CV (dett.) || 9 <pro> deest ita C | elipsis V (dett.), \*\*\*\*\* C || 10 dicebat V || 11 templum ed. Ven. a. 1485: templo codd. || 12 mane ueni Landgraf: mandeuani C, manaeuam cod. Cuiac., mande iram V (dett.); an m. ibam ? || 14 autem ab aratro portando L, aut enerrata portande C, autem a (in mg. add. aratra) portando V | <porta> dicta est C, dicta est <porta> V || 16 <in> eo V (dett.) | conditor et ductur C, deductor et conditor V || 17 quo om. C | orbem C || 18 manu <ire et> C | sulco codd., corr. Steph. || 19 credibiliter — lacum om. C || 21 scilicet Steph.: sed codd. || 22 et] ut CV | <et> ut V || 24 EST om. C || 25 ut] et V | ad] ut V



pistrino pistrilla non conuenit, etsi multa diminutiua diuersa sunt a genere nominum primae positionis, ut rana ranunculus, scutum scutella, canis canicula.

- 585 **46** LECTVLOS IN SOLE ILIGNEIS PEDIBVS FACIENDOS DEDIT in urbe conuiuium aut in sole aut in umbra pro 5  
condicione temporis instruebatur. repente igitur interrogatus quod minime opinabatur quaesiturum senem, arripuit statim 'lectulos', et quia potuit senex dicere 'mentiris, nam habet lectulos', addidit ex tempore 'in sole', et ne eos quoque habere diceret, addidit 'iligneis pedibus' 10  
faciendos'. sed hoc gestu actoris adiutum est, quasi eodem tempore seruus et quaerat quid dicat et respondeat.
- 586 **47** 1 VBI POTETIS VOS incerta persona, nam uel Syro uel Demeae hoc dictum iungi potest. 2 RECTE SANE haec εἰρωνεία est, non approbatio. 15
- 587 **48** 1 I SANE 'sane' aut abundat aut inferioribus iungitur.
- 588 **49** 1 ODIOSAE AESCHINVS CESSAT PRANDIUM CORRUMPTVR ἀσύνθετον: deest 'et'. 2 PRANDIUM CORRUMPTVR ut coquus dixit, qui sciat condicionem quandam magis feruentem placere. 20
- 589 **50** 1 EGO IAM PROSPICIAM MIHI 'iam' interdum significat festinationem ut nunc, interdum ad describendam ponitur et increpandam moram, ut (*Verg. Aen. XI 179*) 'iam melior, iam, diua, precor' et (*Aen. VI 63—64*) 'uos 25  
quoque Pergameae i. f. est p. g. d. d. o.' 2 *Et* 'prospiciam mihi' dixit, tamquam hoc sentiat: illi quia

1 et simulata *codd.*, *corr. Westerh.* || 2 nomina prima et *codd.*, *corr. Steph.* | ut rana ranunculus *Lindenbr.*: ueterana nunc (ut est *V*) uilis (in his *V*) *codd.* || 4 in (*om. V*) ligneis *codd.* || 5 umbra . . . sole *V* || 8 et — lectulos *om. C* || 9 non *V* || 10 in ligneis *codd.* || 11 auctoris *C* | <ut> quasi *V* || 12 quid | et *C* | et *om. C* || 13 persona <est> *V* (*dett.*) || 14 recte] sic *Ter. codd. DG*, bene *rell.* || 15 ironia *V* (*dett.*), \*\*\*\* *C* | est *om. C* || 16 sane post abundat *V* (*dett.*) || 18 odio sed *C*, ociose *V* (*dett.*) || 19 asyntheton *V* (*dett.*), *om. C* || 20 quasi sciat *C* || 22 <ut> significanti *C* || 24 moram et increpandam ponitur *V* || 27 sentiant *codd.*, *corr. Steph.* | quia *Schoell.*: qui *codd.*

sua agunt negotia, et ego illorum exemplo consulam mihi.

3 *Et* bene 'prospiciam' quasi: non pransurus nisi prouidero mihi.

587 48 2 SILICERNIVM cena quae inferitur dis manibus, quod eam silentes cernant, id est umbrae possideant, 5 uel quod qui haec inferant, cernant tantum neque degustent; nam de his, quae libantur inferis, quisquis comederit aut biberit, funestatur. et erit 'silicernium' senex, qui iam iamque silentibus umbrisque cernendus sit. et sic est melius quam, ut quidam γέγοντα 10 interpretantur putantes γῆν ὀρώντα, sic et nos 'silicernium' intellegere, hoc est silicem cernentem senem, dum incurus est, dum uel stratae saxo uiae est intentus uel sarcophagi iam iamque appropinquantis sibi.

589 50 4 CTESIPHO AVTEM IN AMORE EST TOTVS NON POLITUIT plus dici de incondita ac nimia uoluptate.

590 51 BELLISSIMVM proprie 'bellissimum' dixit, unde et huiusmodi ad irritandam gulam cibi bellaria dicuntur.

591 52 1 CARPAM modo eligam; alias laedam significat, ut (*Verg. Geo. III 215*) 'carpit enim uires paulatim u. u. f.' 20 alias fruam, ut (*Verg. Geo. III 325*) 'carpamus, dum mane nouum, dum gramina crescunt' et Persius (*V 151*) 'indulge genio, carpamus dulcia', id est: fruamur rebus dulcibus. 2 PAVLATIM HVNC PRODVCAM bono uerbo usus est ad metaphoram tamquam uel morientis diei, ut (*Verg. Aen. XI 486—487*) 'nec te tua f. m. <p.>' et (*Ad. III 3, 48*) 'qui egomet produxi'.

4 silicernum C || 6 inferat C | tantum C, cod. Cuiac., om. V (dett.) || 10 γέγοντα Voss: xenofonta (-phonta V) codd. || 11 putant C | γῆν ὀρώντα Roth: xenofonta (-phonta V) codd. | sic et Rabbow: sicut V, sic C | silicernum C || 13 strato V (dett.) | uiae est W.: uia et codd. || 14 uel om. V (dett.) | sarcophagi C, -phagi V; sc. saxo | appropinquitas C || 16 ac] et V || 20 u. u. C, uritque uidendo femina V || 21 et C || 22 flumina V | crescunt] canent Verg. || 24 hvnc om. C || 25 methaforam C || 27 qui] quem Don. III 3, 48 et IV 2, 21



## 3.

- 592 **1** 1 EGO IN HAC RE NIHIL REPERIO haec scaena plena est sententiarum senilium ad officia demonstranda.
- 2 *Et* 'tantopere' uim aduerbialem in se continet, nam significat nimis.
- 593 **2** QVOD PECCATVM A NOBIS EST ORTVM CORRIGO si diceret 'peccatum a nobis est', participium faceret; iam quia 'ortum' addidit, nomen est: numquam enim eadem pars orationis iungi nisi per ἀσύνδετον potest.
- 595 **4** 1 SI QVAM FECERE hoc distingue et separatim infer 'ipsi expostulant'. 2 SI QVAM FECERE IPSI EXPOSTV-  
LANT sensus manifestus est, sed obscura sunt uerba et eorum collocatio et distinctio. nam incertum, utrum 'si expostulant' intellegendum sit an 'si quam' pro una parte orationis accipi oporteat.
- 596 **5** 1 VLTRO ACCVSANT 'ultra' nunc praue ac peruerse. 15  
2 ID QVIA NON EST A ME FACTVM haec interrogatio quasi subtristi uultu est proferenda.
- 597 **6** AH MINIME NON 'minime ago', sed 'minime te credo esse illorum in numero'.
- 598 **7** 1 SED QVAESO VT VNA MECVM seruauit τὸ πρότερον 20  
adiciendo 'mecum'. 2 VNA MECVM EAS quippe ad incognitam matrem familias.
- 599 **8** TVTTE DICAS MVLIERI in nomine ostendit, cur haec ipse dicat: mulieri enim, inquit, nimis pauidae ac diffidenti. 25
- 600 **9** 1 SVSPICIONEM HANC PROPTER FRATREM EIVS ESSE

5 ORTVM *om.* V || 6 faceret *cod. Cuiac.*, fecerat C, peccatum fuisset V (L) | iam Schoell: nam C, sed V (L); nunc *ed. pr.* || 7 enim *om.* C || 8 iungetur C | asyntheton V, sindecon C || 9 siimquam C | facere *codd.* | distinguat et infert C || 11 est *om.* C || 12 incertum <est> V || 15 nunc] noue C || 18 ago *om.* C | tete C || 19 in numero Steph.: minimorum *codd.* || 20 τὸ πρότερον Steph.: \*\*\*\*\* *codd.* || 21 adiciendum C, addendo V (*dett.*) || 23 in nomine *om.* C | haec] et C || 24 enim *om.* C | nimis] numquam C | diffidenter C || 26 ESSE *om.* C

- nimis breuiter et succincte et ut oportuit inter scientes.  
 2 ET IPSAM PSALTRIAM 'propter' subaudiendum est.
- 601 10 1 SI ITA AEQVVM C. a iusto et utili est tota sententia. 2 *Et sane hi uersus de<esse pos>sunt, quos multa exemplaria non habent 'nam et illi animum iam 5 releuabis' et deinceps.* *de Anon. Epist. 1903, 220. Kauer. Brers. Jk. 143, 266*
- 602 11 1 *Et 'illi' maluit quam 'nurni' dicere, adhuc diuitem reueritus.* 2 DOLORE AC MISERIA 'dolore' partitudinis, 'miseria' iniuriae ab Aeschino acceptae.
- 603 12 SED SI ALITER PVTAS artificiose remittendo quod 10 petebat extorsit magis.
- 604 13 IMMO EGO IBO hoc aduerbio quod ait 'immo' ostendit se prompte agere et instanter quod promisit.
- 605 14 1 MINVS SECVNDAE sic maluit, ne diceret 'miseriae'. 2 MAGIS SVNT NESICIO QVO MODO haec uehementia est 15 nulla palam ratione.
- 606 15 ACCIPIVNT MAGIS mire additum 'magis', cum possit sensus et sine hoc esse integer.
- 607 16 1 PROPTER SVAM IMPOTENTIAM infirmitatem. et rursus noluit 'humilitatem' aut 'miseriam' dicere. 20 2 NEGLEGI legitur et 'claudier' id est claudicare.
- 608 17 1 QVAPROPTER TE IPSVM PVRGARE utrum 'te ipsum' una pars orationis an diuise accipiendum 'te' Micionem 'ipsum' Aeschinum 'purgare'? 2 CORAM PLACABILIVS <EST> et 'coram' praesentem et 'coram' praesentibus. 25 3 *Et coram indiget adiectionis, palam non in-*

2 IPSAM] illam *Ter.* | propter (per C)] *hic* fratrem eius esse male repet. *codd.* | subaudiendo (*om. est*) C || 3 c.] censes V, *om.* C || 4 deesse possunt W: desunt C, desunt V; <melius> desunt Schoell || 5 iam *om.* C || 6 releuabis C, (*ante corr.*) V || 7 Et illi illi V | quam *om.* C | dicere *ante* quam V || 8 partitudinis *cod. Cuiac.*, parturientis *rell.* || 13 ostendens C || 14 <dicere> sic V (*dett.*) | misere diceret V (*dett.*) || 15 est uehementia V (*dett.*) || 17 additum <est> V || 21 NEGLEGI — et] negligitur C | claudier (*sic Ter. cod. A*) claudere *codd.* | id est *Gronov:* et *codd.* || 23 orationis <sit> V | accipiendum <ut sit> V || 24 ipsum *om.* C || 26 adiectione <et> V



diget. 4 *Et praeterea coram ad certas personas refer-  
tur, palam generaliter dicitur.*

- 609 **18** ET RECTE ET VERVM DICIS 'recte' ad uerba rettulit,  
'uerum' ad rem et ad sententiam; potest enim recte et  
falsum dici, dummodo nullo uitio uerborum nominumque 5  
dicatur. quamquam et ipsum fallere in tempore quidam  
de officiis scribentes (*cf. Cic. de off. I 10, 31; III 24, 92*)  
rectum putent.

## 4.

- 610<sup>a</sup> **1** 1 DISCRVCIOR ANIMI hoc loco *χαρακτῆρα* amantis  
immodice iuuenis et senis facit indulgentis ac lepidissimi 10  
patris. 2 DISCRVCIOR ANIMI *ἀντίπρωσις* figura, ut (*Verg.*  
*Aen. XII 19*) 'o praestans animi i.'

- 610<sup>b</sup> **2** 1 OBICI proprie, quia inopinanti; nam obiei dici-  
tur in utramque partem, ut si quos ante quis uidet quam  
expectauerit. quo uerbo magnitudo doloris ostenditur ex 15  
improviso incommodo. 2 HOCINE DE IMPROVISO MALI  
haec uerba repentino nuntio percussum indicant Aeschinum,  
prope diuortium <in>stare ira circa se Sostratae et eius  
filiae ob raptum meretricis.

- 611 **3** 1 VT NEQVE QVID ME FACIAM plus est 'quid me 20  
faciam' quam 'quid faciam': illud enim de rebus, hoc de  
ipso homine intellegitur. 2 NEC QVID AGAM CERTVM EST  
'certum est' pro 'certum sit'; nisi forte 'ut' o quam  
significat, ut sit: o quam <certum est>.

1 praeterea *om. V* || 3 DICIS — uerum *om. C* || 4 et ad] atque  
*V* | et recte falsum *C* || 8 -que *om. C* || 9 hoc *Steph.*: huic *C*, idem  
huic *V* (*dett.*) | *χαρακτῆρα Steph.*: \*\*\*\*\* *codd.* || 10 modice  
*codd.*, *corr. Bentley* | facit <et> *codd.* || 11 *ἀντίπρωσις W.* (*ἀντι-  
πρόσις Steph.*): \*\*\*\*\* *V, om. C* || 14 ut si *om. C* | ex] et *V* ||  
17 percussum *codd.* || 18 prope diuortium stare (*et add. V, dett.*)  
iram *codd.*, *corr. Schoell*; propter (*Steph.*) diu. instans et iram  
*Teuber* | et eius *D*: eius et *CV* || 21 enim *om. V* || 22 certum est  
*om. C* || 23 ut *om. V* | o *om. C* || 24 significat *C, cod. Cuiac.*,  
-cet *V* (*dett.*) | certum est *add. W.*

- 612 4 MEMBRA METV DEBILIA SVNT 'metu' patris, 'timore' diuortii.
- 614 6 TANTA NVNC SVSPICIO modo ostenditur causa trepidationis Aeschini.
- 617 9 ID ANVS MIHI INDICIYV FECIT illa anus, cui Sostrata 5 dixerat (III 2, 56) 'curre, obstetricem accerse'.
- 618 10 1 NAM VT HINC FORTE AD OBSTETRICEM ERAT MISSA apparet inter cetera anum dixisse, ad obstetricem se misam. an ultro hoc suspicatus est Aeschinus? 'hinc' autem addendo ostendit se ante fores Sostratae stare, ut alibi 10 (And. I 1, 43) 'ex Andro commigrauit huc uiciniae.'  
2 VBI VIDII SUNT qui addant superuacue 'hanc' et legant 'hanc ubi uidi'.
- 619 11 PAMPHILA QVID AGAT IAM PARTVS ADSIET amatoria interrogatio, qua monstrat Aeschinus curae sibi esse res 15 omnes.
- 620 12 1 ILLA EXCLAMAT non 'respondet' sed 'exclamat'.  
2 Et bene uim addidit et dicit exclamationem fuisse. ergo a uocis sono 'exclamat', non a uerbis. 3 ABI ABI IAM AESCHINE SATIS DIV DEDISTI VERBA usque dum intelle- 20 geremus.
- 621 13 SAT ADHVC TVA NOS FRVSTRATA EST FIDES usque dum deciperemur.
- 622 14 1 HEM QVID ISTVC OBSEURO INQVAM EST 'hem' interiectio est nouas res et inopinas audientis. 2 VALEAS 25 HABEAS ILLAM quasi recedat et longe absit, ut in Andria (IV 2, 13—14) 'ualeant qui inter nos discidium uolunt'.

1 SVNT om. C | metum C, -tus V; corr. Steph. | timor codd., corr. Steph. || 9 suspicatus hoc V (dett.) || 11 huic codd.; cf. ad Andr. || 14 amatoriſ C || 15 qua ed. pr.: quae codd. | eschinus D, -num rell. || 17 exclamet et clamat C || 18 uim] non C | et dicit Schoell: et de C, ad V (dett.) | exclamacione C || 19 exclamat om. V | non om. C || 20 IAM AESCHINE om. C | uerba add. post VERBA C, ante DEDISTI V | dum usque codd., corr. Steph.; sic et infra (ubi C om. dum) || 23 deciperetur codd., corr. Westerh. || 24 istoc C || 25 est om. C | inopinas Goetz (-natas Steph.): optimas codd. || 26 et] a C || 27 qui <hoc> C



- 624 16 1 GARRVLAE utpote anui. 2 AC FIERET PALAM  
Demeae scilicet 'fieret palam', cui minime opus fuit.
- 625 17 NVNC QVID FACIAM figura διαπόρησις.
- 626 18 VT NE QVA EXEAT erumpat, ut (*Verg. Aen. II 496*  
—97) 'cum spumeus a. e. o. e. g. m.' 5
- 627 19 1 IPSVM ID METVO 'ipsum': quod fratri rapuit.  
2 *Et* 'ut' pro ne non posuit. 3 TOT CONCVRRVNT VERI  
SIMILIA ut mea esse credatur.
- 628 20 1 AD ME ABDVCTA EST DOMVM proprie dixit non  
'adducta', sed 'abducta': abducitur enim alienum. sic 10  
ipse in Heautontimorumenō (*II 3, 70*) 'abducimus tuam  
Bacchidem'. 'ad me domum' autem moraliter dixit pro  
'ad domum meam'. 2 An ideo 'ad me', quia et illic  
luctatus leno est in retinenda contra Aeschinum puella?
- 630 22 1 VTVT ERAT GESTA INDICASSE hoc est: siue 15  
<bene siue> male gesta erat; 'ut' enim certam qualitatem  
significat, 'utut' incertam, quasi dicat: quoquo modo,  
male bene. 2 EXORASSEM VT EAM DVCKEREM sic enim  
promiserat Sostratae se facturum fuisse.
- 631 23 1 NVNC PORRO AESCHINE EXPERGISCERE sic et alibi 20  
(*And. I 3, 1*) 'enimvero, Daue, nihil loci est segnitiae  
neque socordiae'. 2 Legitur et 'iam', quod est cor-  
reptium interdum.
- 632 24 1 NVNC HOC PRIMVM EST 'primum' ab eo quod  
rogandus est pater. 2 ACCEDAM AD FORES Sostratae 25  
scilicet.
- 633 25 HORRESCO SEMPER satis amatorie, nam nimium

1 anus *CV*, corr. *Westerh.* | ac] hoc *C* || 2 fieret palam  
*om. V (dett.)* || 3 diaporesis *C*, \*\*\*\* *V (dett.)* || 4 ut neque ex  
ea *codd.* || 5 a. — m.] \*\*\*\*\* *C* || 7 me non *codd.*, corr. *ed. pr.* ||  
9 adductam sed abductam *C* || 10 enim *om. C* | sic ipse *W.*:  
hic ipse *C*, ut *V (dett.)* || 11 adducimus *Ter.* || 13 quia *om. C* ||  
15 VTVT] ut *V* | indicassem *CV* | siue bene siue male *Klotz*:  
simile *codd.* || 16 erat] exorat *C* || 17 utut] ut *CV* | quomodo  
*codd.*, corr. *Steph.* || 18 exorasse <se> *C* | duceret *C* | enim]  
eam *C* || 19 fuisse *C*, *cod. Cuiac.*, esse *V* || 20 NVNC] iam *C*; cf.  
*schol. sq. et Umpf. ad Ter. v.* || 22 secordie *C* | iam *Westerh.*:  
etiam *codd.*

semper calorem frigus praecedit in corpore, ut (*Eun. I*  
2, 3—4) 'totus, Parmeno, t. h., p. a. h.'

- 634 **26** 1 APERITE ALIQUIS ACTVTVM OSTIVM uim pluralem  
habet 'aliquis', quamuis singulare uideatur; non est enim  
aliquis nisi de multis. recte ergo 'aperite aliquis'. 5  
2 *Et* noue, nam ueteribus non placet illud, ubi duae  
distinctiones sunt: 'aperite' una, altera 'aliquis actutum  
ostium', ut assumatur rursus 'aperiat'. proprie enim  
ueteres et quis et aliquis et quisquam non obserua-  
bant quo genere aut quo numero declinarent. *est ergo* 10  
*figura ἀρχαϊσμός.*

## 5.

- 635 **1** ITA VT DIXI SOSSTRATA FACITE hinc apparet Micio-  
nem iam multa dixisse.  
636 **2** 1 FACITE iubet, ut uel securae sint uel adornent  
nuptias. 2 EGO AESCHINVM mire occursurus Aeschino 15  
Aeschinum quaerit.  
637 **3** PATER HERCLE EST quid hoc est, quod Micio time-  
tur? an quia illi non confessus est? ostendit autem poeta  
tantundem pudorem posse aut amplius quam timorem.  
638 **4** 1 QUID HVIC HIC NEGOTI EST alius timor, quod hinc 20  
egreditur pater. 2 TVNE HAS PEPVLISTI FORES sic coe-  
pit interrogare, ut negationi locum praebet. 3 *Et* nota  
'pepulistis' elatum uerbum et tragico coturno magis quam  
loquelae comicae accommodatum.  
639 **5** 1 TACET hoc apud se loquitur Micio. 2 MELIUS 25  
EST et non 'bonum est' sed 'melius', et hoc meliorem  
affectu dixit, quam si diceret 'dignus est'.

1 calorem *W.*: calor est et *codd.* | recedit a corpore *V*  
(*dett.*) | ut *om. C* || 4 aliquis <actutum hostium> *C* | singulariter  
dicatur *V* (*dett.*) | est et aliquis *om. C* || 6 *Et* noue *om. C* |  
ueteres *C* || 7 <unde> aperite <est> *V* (*dett.*) || 10 ergo] enim *C* ||  
11 archaismos *V*, . a . p . r . a . i . e . M . o . e . *C* || 17 est hoc *V* ||  
19 pudore . . . timore *C* || 20 est *om. C* || 21 sic coepit] suscepit *C* ||  
22 negotiationi *C*, negocia in *V* || 24 accommodatur *C* || 25 est  
melius *C* || 26 <ludere> non *V* (*dett.*) | hoc et meliori *C* || 27 dignius *V*



- 640 **6** HOC NVMQVAM MIHI IPSE VOLVIT CREDERE contra illud quod ait (*I 1, 27—29*) 'denique alii clanculum patres quae faciunt, quae fert adulescentia, ea ne me celet, consuefecit filium'. 'credere' autem magno affectu dixit: non enim 'confiteri' ut patri, sed 'credere' ut parenti 5 aut sodali suo.
- 641 **7** 1 NON EQVIDEM ISTAS deest 'pulsauit'. 2 QVOD SCIAM hoc est: quantum scio.
- 642 **8** ITA NAM MIRABAR QUID HIC NEGOTI ESSET TIBI accepit negationem Micio, ut ludere Aeschinum possit. 10
- 643 **9** 1 ERVBVIT SALVA RES EST nimis paterna sententia. e contrario Simo in Andria (*V 3, 7*) 'uide num eius color pudoris signum usquam indicat'. 2 *Et* quanti affectus est non dixisse 'erubuit: saluus est', sed 'salua res est'! nonne uidetur tibi res eius omnis in Aeschino constituta? 15 eodem animo et supra dixit (*I 1, 24*) 'in eo me oblecto, solum id est carum mihi'; non enim 'solutus' intulit quod exspectabatur, sed absolute quasi 'ex omnibus solum id est' inquit.
- 644 **10** 1 NIHIL MIHI QVIDEM 'mihi' hoc est: meae pro- 20 priae rei. 2 *Et* callida negatione coepit, ut et illi adimat confitendi locum ac fiduciam simulque fiat ei desperatio ducendae eius, cuius mentio tam contemptim ab ipso tractetur.
- 645 **11** 1 AMICVS QVIDAM ME A FORO hinc incipit menda- 25 cium mixtum uero; nam 'amicus' et 'a foro' uerum est, 'huc aduocatum' falsum. sed 'huc' et 'quidam' modo ἔμφρασις habent lenis negotii et in quo nec magnae per-

1 hoc om. C | ipse om. V || 2 denique] postremo Ter. || 5 confiteri ut W.: confitetur C, confiteretur ut V (dett.) | credere L, credet C, -deret V | ut] aut C (dett.) | parenti] cf. *Theoph. gl. s. v. affinis* || 8 hoc] id V || 10 laudare (-ri C) *codd.*, corr. *Steph.* || 12 e] et e V, et C | contraria C || 13 Et] at C || 16 et *Steph.*: ut *codd.* || 17 carum] \*\*\*\* C, om. V | mihi — solus om. V | non enim] nūptium C | solum C (dett.), corr. *Teuber* || 20 meae *cod. Cuiac.*, -ne. C, om. V (dett.) || 21 et illi] ille C || 26 mixto V | nam] an C || 28 *emphasim* V, e · n · q · ca · c · i · n · C | habet C | nec] non V

sonae nec res difficilis operae aut longae occupationis habeantur. 2 *Et* 'aduocatum' dicendo alienum negotium demonstraui. nam et 'sibi' non uacat; si enim 'mulieribus' addidisset, potuit aliud sperari.

646 12 1 QUID deest 'ait', ut sit: quid ait? 2 EGO 5 DICAM TIBI seniliter, nam iam dicendum fuit. 3 *Et* hoc habet *ἐμφοσιν* uilis rei, quae uel facile dici possit uel non celanda sit.

647 13 1 MULIERES PAUPERCVLAE non potuit magis spoliare dignitate formae et aetatis puellam, quae amatur 10 ab Aeschino, quam ut eam primo eodem nomine cum matre nominaret, deinde communiter diceret de ambabus uniuersa, quibus contemni debeant. 2 MULIERES PAUPERCVLAE addidit 'pauperculae', ut magis desperet Aeschinus impetrare posse has nuptias a patre, et item 'quaedam', 15 ut ignobiles demonstrantur. 3 *Et* totum hoc cum abiectione pronuntiandum. 4 *Et* 'quaedam' et 'pauperculae' dicendo ademit omnem spem nuptiarum; nam 'quaedam' ignobilem indicat, 'pauperculae' indotatam. quid ergo remanet, quod speret Aeschinus? 5 PAUPERCVLAE 20 nec 'pauperes' saltem.

648 14 1 ET CERTE SCIO *ἐπινόθωσις*: 'parum dixi' inquit. 2 OPINOR uelut adeo obscurae sint et nullius pretii. 3 VT OPINOR HAS NON NOSSE TE potuit recte dicere et hoc 'ut opinor, has non nosti', sed illud uetustius. 25 4 VT OPINOR HAS NON NOSSE TE aut abundat 'ut' aut deest 'scilicet'. magnum autem crimen est in forma uicinae puellae, incognitam esse adulescenti de proximo. et quia scit hunc esse, de quo dixerit (*I* 2, 69) 'quam

1 difficiles *codd.*, *corr. Steph.* || 6 tibi dicam *V* | seniliter *cod. Cuiac.*, senile est *rell.* || 7 habet \*\*\*\* *C*, emphasis habet *V* (*dett.*) | facile uel *C* || 10 dignitatem *C* || 11 proximo *C* || 14 addidit pauperulas *C*, pauperulae addidit *V* || 16 adiectione *codd.*, *corr. ed. pr.* || 17 pronuntiandum <est> *V* (*dett.*) || 19 pauperem *C* || 20 sperat *C* || 21 saltim *C* || 22 certo *V* (*dett.*) | *ἐπινόθωσις Steph.*: \*\*\*\*\* *codd.* || 24 has *om. C* || 27 est *om. C* || 28 incognita *C*, cognitam *V* | die proxima *C* || 29 dixerat?



hic non amavit meretricem aut cui non dedit aliquid?', subdidit causam, ne dignitatis pudorisque esset, quod eam incognitam esse Aeschino dixisset: 'neque enim huc diu commigrauerunt' inquit. 5 *Et* VT OPINOR mire ipse sibi sumit atque confirmat, quod nondum ille confessus est. 5

649 15 QUID TVM POSTEA gratissime proditur Aeschinus amator, cum sedulo dissimulet.

650 16 1 VIRGO EST CVM MATRE uult Micio sic audire Aeschinum tamquam alienissimum, et ideo uelut inscius facti diligentius narrat. uirginem autem <τῶ> ἀρχαῖου 10 pro muliere dixit. 2 PERGE uide instantius interrogantem, quam percontatorem decuit.

651 17 HIC MEVS AMICVS qui 'me aduocatum abduxit de foro' (cf. v. 11—12).

652 18 1 HVIC LEGES COGVNT NVBERE non 'permittunt' 15 dixit nec 'iubent', sed 'cogunt' ad perturbandum Aeschinum. 2 *Et* recte: alia enim sinunt leges, alia cogunt fieri. 3 *Et* ne esset, quo resisteretur illi, uult ut mulieres a lege cogantur. 4 PERII audit hoc Micio, sed dissimulat. 20

653 19 1 *Et* RECTE id est: recte quod perii. nihil magis comicum. 2 *Et* uide trisyllabum artificiose esse subiectum, ut qui 'perii' dixit, uix hoc locutus fuisse uideatur.

3 IS VENIT VT SECVM AVEHAT aliud peius in amatam, ne Athenis saltem alteri nuberet. 25

654 20 1 NAM HABITAT MILETI πιδανῶς 'Mileti'. et est aduerbium locale. 2 HEM VIRGINEM VT SECVM AVEHAT hic acrius commoueri proditur adulescens, ut affectu fateatur quod uerbis negat.

4 commigrauerunt inquit om. C || 5 iste C || 9 inscius facti om. C || 10 τῶ add. W. | ἀρχαῖου Steph.: archaismos V (dett.). \*\*\*\*\* C || 12 percontatorem W.: per contrarium codd. || 13 adduxit ex abd- corr. C || 15 non] nec V || 19 hoc audit V (dett.) || 21 <et> nihil V (dett.) || 22 trisyllabum V, trisyllaba C | subiecta C || 23 uix om. C | hoc] ut V (dett.) || 24 uenit is V (dett.) | uti C | aduehat codd. | in om. C || 25 saltim C || 26 ΠΙΘΑΝΩC cod. Cuiac., \*\*\*\*\* rell. || 27 VIRGINEM om. C | aduehat codd. || 28 affectum C

- 655 **21** 1 SIC EST MILETVM VSQVE OBSECRO ITA ANIMO MALE EST ille oblitus sui sic indignatur, ut in re propria, hic rursus callide uultu utitur tamquam aliena narrantis. 2 MILETVM VSQVE OBSECRO ITA bene 'usque', nam est Miletus colonia Atheniensium in Ponto. 3 ANIMO MALE EST animo male fieri dicitur, cum icu alicuius maeroris percussus animus non sustinet corpus sequiturque ruina membrorum.
- 656 **22** 1 QUID IPSAE QUID AIUNT non satis credit Aeschinus pudicam matrem familias statim consentire <in> nuptias 10 nouas ignoti uiri. 2 QUID ILLAS CENSES 'dicere posse' subaudiendum. 3 NIHIL ENIM 'dicunt' subaudiendum. et sic intellegendum 'nihil' non quod taceant, sed quod nihil confirmantis habeat id quod dicunt.
- 657 **23** 1 COMMENTA MATER EST nondum dixit quid dicat. 15 2 Et 'commenta' dicit, hoc est fallaciam confinxit, <nam confingere>re ueri simile <est> comminisci. 3 EX ALIO VIRO iam de proximo tangit Aeschinum.
- 659 **25** PRIOREM ESSE ILLVM mire tractat etiam partes Aeschini. 20
- 660 **26** 1 NONNE HAEC TIBI IUSTA VIDENTVR <POSTEA hic sensus est: nonne haec tibi iusta uiderentur> esse, si illa quae amicus tuus dixerat <postea> quam haec audires? 2 IUSTA TIBI 'iusta': quae postea audisti quam illa quae pro Lemnio dicebas prius. 3 Aut si hoc non est, 25 quaere quid sit 'postea'. uidetur enim mihi 'postea' sic abundare, quomodo interdum 'hodie' de stomacho adicitur

1 ITA om. C || 4 ITA om. V || 5 est] et V | colonia <est> V || 6 malo fieri codd. | dictu (-um C) codd., corr. Steph. || 7 percussus codd. | sustinetur V (dett.) || 8-que om. C || 9 satis Schoell: statim codd. | reddi C || 10 in add. Steph. || 11 posse dicere V (dett.) || 13 quod non C || 14 confirmationis Steph. || 15 fort. nondum scit || 16 Et <iam> V (dett.) | confinxit nam confingere Goetz: confinxisse codd. || 17 est add. Goetz || 21 POSTEA — uidentur suppl. W. || 22 si] scilicet V (dett.) || 23 dixera C, dixit V | postea add. W. | quam] quasi V (dett.) || 24 iusta] fort. VIDENTVR POSTEA | quam] quasi V || 26 uideatur C | mihi W.: nihil codd. || 27 abundaret V (dett.), ab C, corr. Lindenbr.



loquentis et uulgus dicit 'a mane' (cf. *Plaut. Amph. I 1, 97*; *Most. III 2, 80*) et nos 'quam diu'.

661 27 1 NON uultuose pronuntiandum 'non'. 2 AN ILLAM HINC ABDVCET 'hinc' tamquam singultus ploraturi est; nam sic pronuntiandum est. 3 PATER quasi hoc a 5 supplicante dicatur.

662 28 FACTVM A VOBIS DVRIER non 'dure' id est crudeliter, sed quasi dura mente, hoc est inflexibili, et quod dicunt Graeci <ἀμ>εταπίστως.

663 29 1 IMMISERICORDITERQVE nota octo syllabarum ad-10 uerbiū atque insuper compositum et cum coniunctione prolatum.

664 30 1 INLIBERALITER ἀνξήσις, nam multa duriter et iam, si opus sit, immisericorditer quoque et facienda sunt et patienda, si ita ratio et causa cogat, ut non sit 15 illiberale, hoc est malum atque inhonestum.

663 29 2 ET SI EST DICENDVM PATER MAGIS APERTE id est: apertius, quia iam apertum fuerat 'duriter' et 'im-  
misericorditer'. 3 Et bene praefatus est, ne contumax  
aduersus patrem uideretur. 20

664 30 2 INLIBERALITER iniuste, inclementer, non bene, quia liberalis bonus.

665 31 QVAMOBREM delectari magis cupiens Micio uult Aeschinum protrahere ad defensionem sui.

666 32 1 FORE ANIMI MISERO quid de se plus diceret, si 25 factum fateretur? 2 QUI ILLA CONSEVIT PRIOR legitur et 'illam'. et dicebant ueteres hanc rem consueui.

3 Et εὐσχημόως, ut Plautus (*Amph. I 2, 28*) 'et

1 amoēnē V (-ne dett.) || 3 pronuntiandum <est> V (dett.) || 4 abducat hic tamen C || 5 ad supplicante C, ad supplicandum V (dett.) || 8 quasi om. V || 9 greci dicunt V (dett.) | ἔμεταπίστως Schoell: ΗΤΑΠΤΕΤΟC vel ΗΤΑΠΙΕΤΟC codd. Lindenbergii (Cuiacii?), \*\*\*\*\* rel.; ἀνξής Steph. || 10 nota octo Steph.: notato codd. || 13 auxesis V (dett.), \*\*\* inliberaliter hoc \*\*\* C || 15 et 2. om. C | ut Goetz: et codd. || 16 <non> malum V (dett.) || 17 ET om. V || 20 matrem codd., corr. Klotz || 22 qui C | bonus <dicatur> V (dett.) || 26 qui illam C || 27 consueui om. C || 28 Et εὐσχημόως Steph.: \*\*\*\*\* CV | et 2. D, ut CV

clandestina ut celetur consuetudo'. 4 *Et* maiore affectu non amorem allegavit, sed quod est commune cum bonis et multo iustius, consuetudinem.

667 **33** QVI INFELIX non 'qui' sed 'qui infelix' et non 'amet' dixit sed 'misere amet': ita affectu proditur, qui 5 ut alienus uult loqui.

668 **34** 1 PRAESENS PRAESENTI ERIPI adiuuant significationem haec ex abundanti addita, ut (*Verg. Aen. IV 83*) 'illum absens absentem auditque uidetque' et (*Aen. X 600*) 'fratrem n. d. f.' sic Caecilius in Exhauhestoti (*Ribb.*<sup>3</sup> 10 p. 48) '<est> haec caterua plane gladiatoria, cum suum sibi alius socius socium <sauciat>'. 2 *Et* totus hic locus est translatus a Vergilio in quarto Aen. (408) 'quis tibi n., D., c. t. s.' etc.

670 **36** 1 ISTVC deest 'dicis'. 2 QVIS DESPONDIT latenter obiurgat Aeschinum rem sine patre gessisse. et dicitur figura ἐπιτροχασμός. 3 QVIS DESPONDIT quia non interfuit pater. 4 QVIS DEDIT quia rapuit ante quam peteret.

671 **37** 1 QVANDO NVPSIT quia nuptiae non factae sunt. 20 2 *Et* 'nupsit' moleste additum, quasi aliena sit quae non legibus ducta sit. 3 AVCTOR HIS REBVS QVIS EST datiuo casu, non 'harum rerum'. et Sallustius (*Iug. 7, 4*) 'qui tunc Romanis imperator erat'. 4 AVCTOR ἐρχηγός. 5 AVCTOR HIS REBVS QVIS EST iterum obiurgat, quia non interfuit pater. 25

1 clandestine *codd.* | ut] et *V (dett.)* | consuetio *Plaut. ap. Fest. P. 61, 5*; suspicio *Plauti codd.* | maiori *C*, maiore (post affectu) *V* || 2 alligavit *C* || 3 consuetudine *codd.*, corr. *ed. pr.* || 4 non amet] nouam et *C*, non anum *V (dett.)* || 5 miseram (*hic dixit exhibent V, dett.*) et *codd.* || 8 haec *om. C* || 9 absentes audit et uidet *C* || 10 caelius *V (dett.)* | erathosten (ex -iñ corr.) *C*, exatosthetim *V*, corr. *Spengel* || 11 est (post haec) *add. Bergk* | catania *C* | plena *codd.*, corr. *Lindenbr.* || 12 socium] socia *C* | sauciat *add. Steph.* || 13 n.] tum *Verg.* || 17 ἐπιτροχασμός *Lindenbr.* (ex *cod. Cuiac.?*): \*\*\*\*\* *codd.* | interfuerit *C* || 22 datiuo *Steph.*: ablatiuo *codd.* (etiam *Cuiac.*) || 24 imperat *C*, imperat *V (dett.)* | AVCTOR 1. — EST *Schoell*: aucto · p · x · u · hic rebus qui est *C*, auctor p · XII · (x · u · *dett.*) his rebus auctor quis est *V (dett.)* || 25 obiurgat] urgent *C*



6 *Et* agit sic dolens ueluti minus sibi amoris prae-  
bitum fuerit Micio, ut his se in quantum amor patitur  
uideatur ulcisci, quia negotium non sibi confiteatur  
Aeschinus.

672 **38** 1 AN SEDERE OPORTUIT 'sedere' proprie ignauae 5  
cessationis est, ut Vergilius (*Aen. XII 15*) 'sedeant spectent-  
que Latini' et (*cf. Cic. in Verr. II, II 78, 191*) 'quid  
sedes, Verres? quid exspectas?' 2 CVR DVXIT ALIENAM  
utrum 'filiam' an: quae possit aliena esse? nam omnes  
alienas filias ducunt. 10

673 **39** 1 TAM GRANDEM 'grandem' ad aetatem ueteres  
rettulerunt, non ad corpus. et in parte aetatis dicitur  
'grandis', non in tota uita, nisi si additur 'natu', ut (*Cic.  
in Verr. II, I 30, 76*) 'grandis natu parens adductus ad  
supplicium'. et 'grandis infans' et 'grandis puer' et 15  
'grandis ephesus' et 'grandis uirgo' recte dicitur. 2 *Et*  
unde scit Aeschinus? an 'grandem' sic fingit ignotam?  
an quia dixit pater (*v. 23*) 'commenta mater est esse  
ex alio uiro nescio quo puerum natum'? ergo et illa gran-  
dis et serus Milesius, qui tunc uirginem petit, cum iam 20  
alteri data sit uel rapta sit alteri. 3 DVM COGNATVS  
HINC ILLINC VENIRET prouerbialiter 'hinc illinc'.

675 **41** ET ID DEFENDERE non potuit magis amatorie nec  
magis pueriliter loqui, quam ut, non contentus quod ait  
'haec dicere te aequum fuit', adderet 'et id defendere'. 25  
patet autem, qualis affectus sit, cum etiam blanditur  
patri ob alienam causam, ut ipse nunc simulat.

1 ait *C* || 2 fuerit *om. C* | se his *V (dett.)* || 3 <qui>  
quia *C*, quod <que> *V* | sibi negotium non *V*, non sibi *C* |  
confitetur *C* || 11 grandem *om. C* || 12 etate *C* || 13 nisi sibi  
addatur *V (dett.)* | uti *C* || 16 <et> recte *C* || 17 an *om. C* |  
sic | se *C* | <et> ignotum *C* || 18 esse et 19 nescio *om. C* || 19 quo  
*om. CV*<sup>1</sup> || 20 seruus *codd., corr. Steph.* || 21 altero *C* |  
rapta (*cf. 36, 4*) nupta *V (dett.)* || 22 VENIRET — illinc *om.*  
*C* || 25 <et> adderet *V (dett.)* || 26 quale (*om. affectus*) *C* |  
sit *W.*: est *codd.* | etiam cum *C* | blanditur *post 27* causam  
*V (dett.)*

- 676 **42** RIDICVLE uocatiuus casus est ab eo quod est ridiculus.
- 677 **43** 1 SED QVID ISTAEC AESCHINE NOSTRA iam haec ultima desperatio et Aeschinum protrahet in confessionem et in finem fallaciae deducet senem. 2 *Et* bene quidem 5 'nostra' dixit; memor est enim respondisse se Aeschino interroganti (*v. 10*) 'tibi uero quid istic est rei?' 'nihil mihi quidem'. totum hoc autem senex ad id redegit, non tam ut torqueret Aeschinum quam ut maius faceret beneficium suum exponendo, in quod paene periculum amor 10 eius incidit.
- 678 **44** QVID EST QVID LACRIMAS quasi repente animaduertit flentem et quasi causam omnem nesciat, sic inquit.
- 679 **45** AESCHINE non hic exhibisset personam patris, 15 nisi pietate uictus pati filium nollet confessione torqueri. Vergilius (*Aen. I 385—86*) 'nec plura querentem passa Venus m. s. i. f. d. e.' bene ergo intellegunt, qui sic accipiant perrecturum adhuc fuisse Micionem, nisi uictus affectu fallaciam proiecisset. 20
- 680 **46** NAM TE AMO bene addidit 'nam te amo' etc., nam et inuidis et inimicis moris est scire quid agamus.
- 681 **47** ITA VELIM ME PROMERENTEM quam pie additum 'promerentem', tamquam illic sit uotum Aeschini, cum possit pater etiam immeritum amare! et animaduertendum 25 <'ut?' semper sequi uel statim uel ex intervallo maxime in huiusmodi affirmationibus. sic Cicero (*divin. in Caec. 13, 41*) 'ita uelim deos mihi propitios, ut cum illius

3 iam *Steph.*: tam *C*, om. *V* || 4 protrahet (*post* confessionem) *V* (*dett.*), pq̄ haec *C* || 5 facile *C* | senem deducet *V* (*dett.*) || 6 se (*ante* respondisse) *V* (*dett.*), om. *C* || 7 rei est *V* (*dett.*) || 10 quo (quod *V*) . . periculo *codd.*, corr. *Steph.* (*cf. V 3, 17*) || 11 accideret *C* || 12 quod lacrimas *codd.* || 15 eschinus *C*, <ha> eschine *V* (*dett.*) | hic om. *V* || 21 addit *V* || 23 additum <est> *V* (*D*) || 26 ut *add. Steph.*, *cf. Hec. IV 2, 4*; optionem *male suppl. V* (*sim. dett.*) | <se> sequi *C* || 27 affirmationibus *cod. Cuiac.*, conf- *rell.* | sic om. *C*



temporis mihi uenit in mentem' etc. 'uelim' autem pro 'uolo' antique dicitur.

682 48 ADMISISSE IN ME 'in me' ἀδῆρικῶς adiectum est.

683 49 ET ME TVI PVDET ambiguum quidem, sed apparet adolescentem propter suum peccatum dicere, non quod quicquam turpe fecerit pater.

684 50 1 NE INDILIGENS NIMIUM SIES non ergo ingratus sed neglegens Aeschinus, nec neglegens sed 'indiligens', nec in alterum sed in se deliquit. 2 Mirae clementiae genus est aut omnino ignoscere aut obprobrium in leuius 10 commutare. nam tota obiurgatio ita amica est, ut non multum a blandimento discrepet magisque proficiat apud audientem, ut uult Terentius, quamquam sint illa aspera atque praefracta.

685 51 1 IN QVA CIVITATE TANDEM TE ARBITRARE VIVERE 15 communem locum inducit a loco, a persona, a facto, a tempore. 2 IN QVA CIVITATE aliter pronuntiandum est, id est presse ac leniter, ne faciat illud Tullianum (*Catil. I 4, 9*) 'pro di immortales! ubinam gentium sumus? quam rem publicam habemus? in qua urbe uiuimus?' 3 Et 20 TANDEM pro tamen. 4 IN QVA CIVITATE hoc est: oblitus es Athenis te esse, ubi legibus uiuitur? uide et omnes sententias poni accusatorias et nihil amaroris. isti sunt colores orationum difficillimi, sed elaborauit Terentius Micionem facere molliter accusantem et inducere Demeam 25 durissime blandientem. 5 IN QVA CIVITATE quod obiurgat Micio, et magni amoris est et necessaria pro persona asseueratio. non enim conuenit patrem, etiam nimium diligentem filium, eius praeterire peccata.

3 in me *om. C* | ἀδῆρικῶς *Steph.*: \*\*\*\* *codd.* || 4 quidam <hoc dictum putant> *V (dett.)* || 5 non quod] nunc *C* || 8 sed] si *V (L)* | <sit sed> nec neglegens <quippe> sed *V (dett.)* || 9 delinquit *C* || 10 obprobrium *Schoell.*: ob iram *C*, crimen *V (dett.)* || 14 perfracta *codd.*, *corr. Steph.* || 15 arbitrare te *C* || 18 est *om. C* || 22 et *om. V* || 23 amaroris *Klotz.*: amoris *codd.* | sunt *om. V* || 25 molliter *cod. Cuiac.*, leniter *rell.* || 26 duriter *V* || 27 et 1. *om. V* | est in necessario *C* || 28 assentatio *codd.*, *corr. W.* | enim *om. C* | patrem etiam *Calph.*: p̄acer *C*, patrem *rell.* || 29 eius *om. C*

- 686 **52** VIRGINEM VITIASTI uide et rem dici et abesse tragicam exclamationem, et delictum ostendi et ad ueniam festinari; nam statim dicet 'iam id peccatum primum magnum, at humanum tamen'. et tota pronuntiatio in huiusmodi uerbis submissa <esse> debet. 5
- 688 **54** 1 FECERE ALII SAEPE ITEM BONI MORIS est exemplo lenire quod purgare non possis. 2 FECERE ALII S. I. B. consolatio ab exemplo. et 'boni' non: cum hoc facerent, sed: alias boni. 3 AT POSTQVAM ID EVENIT 'euenit' inquit, non 'commissum est': nihil ignoscentius dici potuit. 10
- 689 **55** 1 NVMQVID CIRCUMSPEXTI *συγκοπή μεταπλασμός* pro 'circumspexisti'. 2 *Et* circumspicimus praesentia, prospicimus futura.
- 690 **56** 1 QVID <FIERET QVA> FIERET id est: qua ratione, quo modo fieret. 2 *Et* QVA ratione, id est quibus ad- 15 miniculis uel per quas personas. 3 SI TE IPSVM MIHI PVDVIT DICERE 'puduit dicere' optime additum est, quasi non debuisset Aeschinum apud Micionem pudere.
- 691 **57** 1 QVA RESCISCEREM 'qua' hoc est: per quos. et ad omnia subauditur 'numquid circumspexti'. 2 QVA 20 RESCISCEREM deest 're' uel 'ratione'. 3 MENSES ABIERVNT DECEM mire 'abierunt' quasi dicat: te cessante menses cessere. et locus est incusationis a tempore. 4 *Et* abire dicitur quod paulatim nos deserit. hoc autem ex partu intellegit. 25
- 692 **58** 1 †PRODIDISTI ET TE ET ILLAM MISERAM† Sallustius (*Iug. 14, 13*) 'quod in familia nostra fuit, praestitit, ut

1 et 1. om. V || 2 ostendi delictum V (*dett.*) || 3 iam] nam C, om. *rell.* | primum om. C || 4 ad C (= *Ter. codd.*) | pronuntiatione (om. in) C || 5 esse debet W.: debetur *codd.* || 6 <boni> moris C || 7 s. a. i. b. C || 8 cum] quod V (*dett.*) || 10 ignoscentis C, innocentius V || 11 *ΚΥΓΚΟΠΗ ΗΔΔΗΤΑΝΔΜΟC* (*corr. W.*) *cod. Cuiac.*, sineopa \*\*\*\*\* V, \*\*\*\*\* C; σ. η̄ μ. *Schoell.*, at cf. *Andr. III 3, 40; Eun. II 3, 93 et V 1, 15* || 14 FIERET QVA *add. W.* | est om. C || 17 puduit dicere om. C || 18 eschinus V (*dett.*) || 19 id est V (*dett.*) || 20 circumspexti — MENSES om. C || 21 rem uel rationem V (*dett.*), *corr. ed. pr.* || 23 <et> cessauere V || 26 prodidisti etc.] *schol. pert. ad QVOD QVIDEM IN TE FUIT | ET 2. om. C*



in omnibus bellis adesset uobis' et Cicero (*in Verr. II, IV 11, 25*) 'senator populi Romani, quod in uobis fuit, iacuit et pernoctauit in publico'. 2 **PRODIDISTI ET TE ET ILLAM** uide festiuum senem, quantum se adulescenti accommodet: non enim illum quem causa deposcit, sed 5 amatorium ordinem fecit prius dicendo 'prodidisti te' quam 'illam', tum etiam 'gnatum', ut ex animo eius amare uideatur id quod natum est. 3 **Et PRODIDISTI** decepisti uel deseruisti, ut Vergilius (*Aen. I 251—52*) 'unius ob iram prodimur'. 4 **QVOD QUIDEM IN TE FUIT** 10 pro: id quod in te erat, *id est: quantum in officio tuo spei et auxilii partiumque tuarum fuit*, uel quantum ad te spectabat. 5 **Et hoc est illud**, quod obsequentissimus pater uult omnia per se esse correcta.

693 **59** 1 **DORMIENTI HAEC TIBI CONFECTVROS DEOS** quam 15 mitis, quam faceta obiurgatio! uide ut satis Micio sit ille ante descriptus. 2 **QVID CREDEBAS DORMIENTI HAEC TIBI CONFECTVROS DEOS** incerta distinctio, nam et per se 'quid' et 'quid credebas' legi potest. et ueluti subaccusatur hic Aeschinus. 3 **DORMIENTI HAEC TIBI C. D.** ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου. et quae sint quae di cessantibus praestare non possint, sequenti uersu docet, ne uideatur de dis male sensisse. 4 **DORMIENTI** multo melius quam si diceret 'cessanti'. et non 'facturos', sed quod plenum est 'confecturos'. 5 **Et mire deos ponit in eo negotio**, quod 25 ipse praestat, tamquam hic et se excuset et deos, quod non fecerint Aeschino quae uolebat etiam dormienti.

694 **60** 1 **ET ILLAM SINE TVA OPERA IN CVBICVLVM IRI** ἐπὶ

2 Romani] ro. C, R. V || 3 <in uestro oppido> iacuit Cic. | in om. C || 7 etiam] cū an C | eius om. V || 12 uel om. C || 14 esse om. C | correpta codd., corr. Steph. || 16 uide ut W.: uidetur codd. | sit ille] ille esse qui V (dett.) || 17 scriptus codd., corr. Steph. || 20 hic cod. Cuiac., hoc C, per hoc (ante subaccusetur) V (dett.) | **DORMIENTI** om. V | ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου Lindenbr. (ex cod. Cuiac.?): \*\*\*\*\* codd. || 21 sint D, sunt rell. | quae (om. C) decessantibus codd., corr. Klotz || 22 possit codd., corr. Steph. || 26 et deos excuset V (dett.) || 28 ire C; sic et infra | ἐπὶ τοῦ ἄλλου ἀδυνάτου Lindenbr. (cf. supra): \*\*\*\*\* codd.

τοῦ ἄλλου ἀδυνάτου. 2 IRI DEDUCTVM DOMVM ordo: deductum iri.

695 **61** NOLIM CETERARVM RERVM TE SOCORDEM quam nihil imperiose ac pro auctoritate patria! 'nolim te' inquit 'socordem ceterarum rerum esse', non 'ne sis socors'. 5

696 **62** 1 BONO ANIMO ES apparet flenti haec dicta omnia. et hoc decuit uerecundum adulescentem ex ui tantae orationis et metu amittendae amatae nimium puellae. 2 BONO ANIMO ES [et] 'es' modi imperatiui est temporis praesentis, nam 'esto' futuri est. 3 DVCES VXOREM 10 datur in ultima obiurgatione et breuiter et plena securitas. 4 HEM singultiens fletu et gaudio dixit 'hem'.

697 **63** 1 OBSECO NVM LVDIS TV ME maestus amatoris animus ludentem senem <serio> loqui credit, uera dicentem quia optata sunt putat ludere nunc. potest et ob 15 hanc causam dicere, quod eum numquam lusit antea. 2 EGO TE QVAMOBREM magna uis pronominum, cur non ludat, quibus et accessit consideratio rei, nam primo 'ego', deinde 'te', deinde causae propositio. 3 *Et recte 'ludis':* est enim amantis <se> conicere in falsum metum immi- 20 nente laetitia, inimici uero qualibet saeuitia in falsum gaudium quemquam impellere sub alicuius maeroris aduentum. ideo negat se Micio in hac parte lusurum Aeschinum, qui in aliis luserat.

1 DOMVM *om. C* | ordo <est> *V* | deducti iri *C* || 3 TE *ante* CETERARVM *C* | socordem *C* | quam | et tanquam *V* (*dett.*) || 4 ac *om. C* | patria <fiat> *V* (*dett.*) | inquit te *V* || 5 non <dixit> *V* (*dett.*), *om. C* | sit *C* || 7 hoc *Steph.*: hec *codd.* | <et> ex *V* || 8 et — puellae] emittende enim puelle *C* || 9 BONO — ES *om. V* (*dett.*) et *secl. W.* | est *C* | <modo> imperatiui modi *V* (*dett.*) | est <et> *C* || 12 dicit *C* || 13 tu <nunc> *V* (*dett.*) || 14 animus *om. C* | serio *add. W. duce Steph.* | credit uera loqui *C* || 15 sunt <haec> *V* (*dett.*) | putat ludere *Steph.*: ut alludere *codd.* | potest] putat *V* (*dett.*) || 16 dicere] dixit ludis tu nunc me non *V* (*dett.*) | numquam *om. V* (*dett.*) | antea luserit *V* (*dett.*) || 19 deinde 2. *om. V* | propositio *D. praep. rell.* || 20 enim *om. C* | amantem *V* (*dett.*) | se *add. W.* | conicere *post* metum *V* (*dett.*) || 21 qualibet (quael- *V, dett.*) uero seuitia (sententia *V*) inimici *codd., corr. W.* || 22 aduentum <sat optat> *V* (*dett.*) || 24 qui <non> in aliis luserit *V* (*dett.*)



- 698 **64** QVIA TAM MISERE HOC ESSE CVPIO VERVM 'misere'  
pro nimis, quia nimia misera, ut (*Andr. I 1, 34*) 'ne  
quid nimis'. hoc enim putant qui uirtutes medioeritates  
esse dixerunt.
- 697 **63** 4 NESICIO religiose dixit 'nescio', quasi non sit 5  
ratio quare non credat patri, quamuis subiecerit causam.
- 699 **65** 1 ABI DOMVM AC DEOS COMPRECARE magnus in-  
stitor sui beneficii est, qui a dis petendum dicit esse,  
quod ipse praestabit. 2 An ideo, quia ordinis fuerat  
prius rem diuinam facere et sic uxorem accersere? 10  
3 *Et bene repetitum* 'abi' quasi haerenti morantique, ut  
(*And. I 1, 1*) 'uos istaec intro auferte: abite'.
- 700 **66** 1 QVID IAM VXOREM accessit ad beneficium tempus,  
et ideo 'iam' quasi gestiens repetit adulescens. 2 QVAN-  
TVM POTES aut deest 'cito' aut 'quantum pote' scilicet 15  
'esse'.
- 702 **68** 1 QVID QVAM ILLAM commendat se Micio et fami-  
liariorem amatori facit mentionem faciendo saepius de  
amica in uxorem ducenda.
- 701 **67** 1 NI MAGIS TE QVAM OCVLOS NVNC AMO MEOS mire 20  
'nunc' addidit. 2 *Et eleganter inuentum est*, quod in  
se amator multum diligit, id est 'oculos', ut in Eunucho  
(*Ad. III 2, 20; cf. Eun. IV 3, 6 et IV 6, 2*) 'adulescenti  
ipsi eriperem oculos' hoc est ipsos, de quibus amat.
- 702 **68** 2 AEQVE sic infert hoc, quasi dubitando inuenerit. 25  
3 PERBENIGNE multum putat, quia amator hoc dixit.  
ergo 'benigne' large abundeque. 4 QVID ILLE VBI EST

1 misere *W.*: uerum *V*, om. *C* || 2 miseria *codd.*, corr. *W.*;  
*cf. Andr. III 2, 40; Eun. III 1, 22* || 3 nimis] luserit *add. C*,  
miserum *add. V (dett.)* || 4 esse *om. V (dett.)* || 7 institor *L*, in-  
stitutor *rell.* || 8 beneficii *om. V* | dicit *V (dett.)*, dicunt *C*,  
*corr. Westerh.* || 9 ordinationis *V (dett.)* || 10 accerseri *V* || 11 *Et*  
q2 *C* | repetitum <est> *V (dett.)* || 15 at deest *C*, id est *V*  
(*dett.*) | potes esse *C*, potes deest iisse *V (dett.)*, corr. *Goetz*  
*coll. Ad. II 3, 11* || 18 de — 24 oculos *om. C* || 22 in Eunucho]  
*memoria lapsus est scholiasta, nisi forte lacuna statuenda est* ||  
25 dubitanti innuerit *V* || 27 large abundeque *Steph.*: larga  
abundetq *C*, large et per abundat *V (dett.)* | QVID *om. C*

MILESIVS non amat, si statim timere desinit. unde Vergilius (*Aen. IV 298*) 'omnia t. t.'

- 703 **69** 1 ABIIT NAVEM ASCENDIT 'abiit' facete, ne diceret 'mentitus sum'. atque ita dixit, ut infantibus nutrices de turriculis solent dicere, quas cum ipsae confixerint, 5 abolitas uolunt, postquam illos uident nimium pauere.  
2 Sed mihi uidetur ridens haec dixisse, ut intellegat Aeschinus Micionem ioco fuisse mentitum.
- 705 **71** 1 TIBI OBTEMPERATVROS MAGIS mira sententia: obsequi deos bonis, quasi bonis hominibus multum debeant. 10  
2 *Et* in excusatione precandi deos uide quae facultas nata sit patrem sine assentatione laudare! non est autem iniuriosum ad patrem referre deprecationem deorum, sed magis honorabile. nam tale est apud Vergilium (*Aen. II 717*) 'tu, genitor, cape sacra manu p. p.', ut ipse 15 patrem portet, hic deos.
- 706 **72** EGO EO INTRO VT QVAE OPVS SINT PARENTVR TV FAC VT DIXI SI SAPIES hic uersus in quibusdam non inuenitur.
- 707 **73** QUID HOC EST NEGOTI HOC EST PATREM E. et 20 mirantis haec et laudantis oratio est. et paene uidetur huiusmodi patrem Terentius probare.
- 708 **74** 1 QVI MAGIS MOREM GERERET 'qui' quo modo, qua re, qua ratione. 2 HIC NON AMANDVS omnia perfecit hic pater, ut et ametur et laudetur et foueatur. 25
- 710 **76** MAGNAM MIHI INECIT SVA COMMODITATE CVRAM mira sententia: mala nobis etiam de bonis nasci. an bonus parens magnae curae est filio?

1 non amat *om. C* || 2 t. t. < s. t. a. > *codd.* || 3 ABIIT] inquit *C* | facete abiit *V* | ne *om. C* || 5 de turriculis dicere solent *V* (*dett.*) | confixerint *CV* || 6 pauere. Sed *W.* (*duce Steph.*): pauperes et *codd.* || 11 excusationem *V* (*dett.*) | uide quae *Steph.*: undique *codd.* || 12 autem *om. V* (*dett.*) || 16 putet *V* (*dett.*) || 17 SINT] sunt *codd. Ter.* || 18 SI *om. C* | sapiens *V* (*dett.*) | non *om. C* || 20 E. *om. C* || 21 est *om. C* || 23 qui *om. C* | quo *om. V* (*dett.*) || 24 hic — ametur] harum *C* || 27 sententia < glia. > *C* | nobis *om. V* || 28 bonos magne (*ex - nos corr.*) pares *C* || 28 curae est filio *ed. pr.*: cure consilio *L.*, curae filio sit *V*



- 711 77 SCIENS CAVEBO 'facere quod nolit' scilicet.  
 712 78 SED CESSO IRE INTRO NE IN MORA MEIS NVPTIIS  
 EGOMET SIEM bene hoc utpote obiurgatus.

## 6.

- 713 1 1 DEFESSVS SVM AMVLANDO hic exemplum induci-  
 tur saeui patris ex affectu uero et ob hoc inuisi omnibus: 5  
 non tam amari uult quam ipse amat neque sibi nec cui-  
 quam alii sed filio tantum consultum cupit. 'de' autem  
 ualde significat. 2 VT SYRE TE CVM TVA MONSTRATIONE  
 'ut' pro utinam. et haec omnia anhelans dixit. 3 TE  
 CVM TVA adhuc non credit in errore se missum fuisse. 10  
 4 VT TE CVM TVA MONSTRATIONE *ιδιωτικῶς* 'te cum  
 tua monstratione'.
- 715 3 1 PERREPTAUI VSQVE OMNE OPPIDVM tardus incessus  
 non perambulatio sed perreptatio dicitur. 2 AD  
 PORTAM AD LACVM QVO NON mire propinquiore omisit, ut-  
 pote porticum, macellum, Cratini aedes, templum Dianae,  
 et ultima posuit, ut quantum peragrauerit demonstraret.  
 3 AD LACVM facete poeta memorem inducit senem, quo-  
 rum minime opus fuit meminisse.
- 716 4 QVO NON duobus dictis 'quo non' addidit quasi et 20  
 ad dicendum lassus.
- 717 6 1 CERTVM OBSIDERE EST VSQVE DONEC REDIERIT  
 proprie 'obsidere' dixit: conuenit enim et irato et repente  
 aggressuro. 2 *Et* ab eo quod est obsideo obsidēre

2 IN MORA] morae *Ter.* || 4 hic <et> *C* || 6 non <autem> *V*  
 (*dett.*) | tam — alii *W.*: tñ ī amari uultu que ipse ama et ne-  
 quid sibi et ne utiq<sub>3</sub> alii *C*, eum amare uultu quem ipse amat  
 inducitur nam neque sibi nec cuiquam alii *V* (*dett.*) || 8 SYRE  
*om. C* || 9 ut — fuisse *post* 13 OMNE *leguntur in C* || 10 fuisse  
 <·h·> *C* || 11 VT *om. V* | *ιδιωτικῶς Lindenbr. (ex cod. Cuiac.?)*:  
 \*\*\*\*\* *codd.*; *ιδιωτικῶς Steph.* | te — monstratione *om. C* || 14 di-  
 citur] ē *V* || 15 utpote *om. C* || 17 et *om. C* || 21 lassus <appa-  
 reat> *V* (*dett.*) || 24 *Et om. C*

facit producta media syllaba, ab eo quod est obsido ob-  
sidere facit eadem syllaba correpta.

## 7.

- 719 **1** IBO ILLIS DICAM in hac scaena exemplum est  
intempestiuae obiurgationis ac per hoc ridiculae. **2** IBO  
ILLIS DICAM moris est secum loqui uel senes uel maxime <sup>5</sup>  
aliquid ex animo agentes. **3** ILLIS DICAM Sostratae et  
filiae.
- 721 **3** **1** FERRO ALIA FLAGITIA AD TE INGENTIA BONI magno  
sonitu et ingenti ostentatione futurae accusationis exorsus  
est; magna enim omnia, et 'fero' et 'alia flagitia' <sup>10</sup>  
et 'ingentia' et quod εἰρωνικῶς 'boni illius adulescentis'  
dicit. **2** Et 'alia flagitia': non in quibus conclama-  
tum est.
- 722 **4** **1** BONI ILLIVS ADVLESCENTIS εἰρωνεῖα, quae semper  
amarius ponitur quam criminatio manifesta. **2** ECCE <sup>15</sup>  
AVTEM 'ecce' dicitur, cum repente triste aliquid rebus  
interuenit laetis. **3** Aut certe, cum quando aliud agitur  
aliud emergit nouum, ut (*Verg. Aen. II 203—4*) 'ecce autem  
gemini a. T. t. p. a., h. r.' et (*Aen. II 403—4*) 'ecce trahe-  
batur p. P. u. c. a. t.' et Cicero (*in Verr. II, V 34, 87*) <sup>20</sup>  
'ecce autem repente, ebrio Cleomene, cunctis esurientibus'  
etc. **4** NOVA recentia. an mira et magna, ut (*Verg.*  
*Ecl. III 86*) 'Pollio et ipse facit noua carmina'?
- 723 **5** **1** NESCIIS QVI VIR SIET εἰρωνεῖα, nam 'uir' ad lau-  
dem poni solet, ut alibi (*IV 2, 25*) 'uirum te iudico'. <sup>25</sup>  
**2** SCIO satis ridicule non, quod ille cupit, Micio uult

1 <et> ab V (L) || 10 est om. C || 11 et 1. om. C | ironicos  
V, \*\*\*\* C || 12 in quibus quod clamatum est C, inquit pro-  
clamatum est V (dett.) || 14 ironia V (dett.), \*\*\*\* C || 17 quando  
cum aliquid V || 21 esurientibus cunctis V (dett.); e. ceteris  
Cic. || 22 an] ac C || 24 sit V | ironia V, \*\*\*\* (post sser.  
ironia) C || 25 ut] et C || 26 non W.: ne (nec cod. Huls.) codd. |  
cupit <abneget> V (dett.) | uult W.: uel C, cod. Cuiac. et  
Huls., ut uel V (uel ut L)



consentiendo mitigare, sed acriorem fieri iracundiam Demeae. nam 'scio' ad negotii totius gestionem rettulit, non ad illud quod ait 'nescis qui uir siet'.

726 8 EHO SCIS ET PATERE iam et illi irascitur, non Aeschino modo. 5

727 9 NON MALIM QUIDEM alii uolunt Micionem dicere 'malim quidem', alii Demeam.

728 10 1 PVER NATVS EST DI BENE VORTANT hic bono exemplo inducitur Micio irascentem iuste Demeam leniter ferre, quia exanimato ob maerorem non conuenit inclementer ire obuiam, cum possit in tempore obiurgari, postquam destomachatus fuerit. 2 *Et* uide quam facete, cum ille 'puer natus est' ad argumentum mali attulerit, hic ita respondit, quemadmodum illi, quibus puellam nasci metuentibus nuntiatur puerum natum esse. nam in omnibus, quae cupite euenerunt, 'di bene uertant' solet dici, quia saepe homines ea optauerunt, quae illis aliter atque expectauerant contigissent. quam potestatem rerum uertentium semet in utramque partem Vertumno deo superesse ueteres existimabant. 3 VIRGO NIHIL HABET uult 20 rem sine remedio uideri, quia scit posse nuptiis finiri sollicitudinem. 4 *Et* uide amaritudinem Demeae contra omnes, ut nec uirgini ipsi parcat.

729 11 1 AVDIVI ἀφελῶς et cum ἐξουθενισμῶ respondingum, quasi leue sit, quod admissum est. 2 <ET DUCENDA> 25 INDOTATA EST 'et ducenda' scilicet ne damnatus sit Aeschi-

1 mitigare sibi (sed *W.*) acriorem fieri iracundiam (-dum *cod. Cuiac.*) demeae (-am *C, cod. Cuiac.*) *C, cod. Cuiac. et Huls.*, iracundiam demeae acriorem fieri possibilem sibi mitigare queat *V (dett.)* || 2 ad *om. C* | gestionem totius *C* || 3 non] nam *C* || 4 et *om. C* || 5 modo *om. V (dett.)* || 7 <non> malim *V* || 8 uertant *V* || 9 iuste] uult *C* || 10 que ex animo *C* || 12 fuerat *C* || 13 attulit *C* || 14 ita *om. V (dett.)* | <solent> illi *V (dett.)* || 16 euenerint *V*, uenerunt *C* | dici solet *V (dett.)* || 17 illis] aliis *V (dett.)* | atque] quam *V (dett.)* || 18 existimauerunt *V (dett.)* || 21 nuptiis posse *V* || 23 ipse *codd., corr. Steph.* || 24 ἀφελῶς *Steph.*: \*\*\*\* *codd.* | et cum *om. C* | ἐξουθενισμῶ *Steph.*: \*\*\*\*\* *codd.* || 25 ET DUCENDA *add. Steph.* || 26 ne *W.*: non *C*, nisi *V (dett., Steph.)* | damnandus *Steph.* | si eschinos *C*

- nus. 3 *Et hoc uerbum uim necessitatis habet, ut (Verg. Aen. XI 230) 'pacem Troiano ab r. p.'*
- 730 12 QUID NVNC FUTVRVM more irascentium, cum ipse dixerit quid futurum sit, Micionem interrogat. et huiusmodi interrogatio secundum figuram suam non habet responsonem, sed Micio sic respondit quasi simpliciter inquirenti.
- 731 13 1 ILLINC HVC TRANSFERETVR VIRGO uirginem quae iam cum uiro fuit uocat. Vergilius (*Ecl. VI 47*) 'ah uirgo infelix'. 2 PRO IVPPIER ISTOCINE PACTO FIERI OPOR-  
10 TET 'pro Iuppiter' tragice adiecit auersus, 'istocine pacto' ad ipsum Micionem respiciens dixit.
- 733 15 SI NON RE IPSA ISTVC TIBI DOLET rem nunc pro ueritate posuit.
- 734 16 SIMVLARE CERTE EST HOMINIS non dicit, quia  
15 hominis est mentiri, sed quia saepe iracundiae simulatio custodia disciplinae est.
- 735 17 1 IAM DESPONDI RES COMPOSITA EST FIUNT NVPTIAE mira uarietas: 'despondi' 'res composita est' 'fiunt nuptiae', ne diceret 'despondi' 'composui' 'facio'. 2 *Et despon-*  
20 *det puellam qui petit, spondet a quo petitur; recte ergo socer futurus 'despondi' dixit.*
- 736 18 1 HAEC MAGIS SVNT HOMINIS bene repetit 'hominis': ille enim dixerat 'simulare certe est hominis' (*v. 16*). 2 CETERVM PLACET TIBI FACTVM MICIO nihil aliud uolebat Demea  
25 nisi ut saeuiret Micio, quod impetrare non potuit etiam ab eadem sentiente de prauitate et peccato Aeschini.
- 740 22 SI ILLVD QVOD MAXIME OPVS EST IACTV utrum 'opus est iactu' an 'iactu non cadit', incerta distinctio.

1 necessitatis uim *V (dett.)* || 4 sciuerit *V (dett.)* | et om. *C* | huiusmodi *V (dett.)* || 8 transfertur *C* | quae etiam *codd., corr. Schoell*; etiam quae *Hartman* || 9 fuit uocat om. *C* || 10 istoc *C* || 11 tragice om. *C* | aduersus *C*, ab micione uersus *V (dett.)* | hocin pacto *C* || 12 dicit *C* || 15 hominis est *C* | dixit *V* || 19 mira — nuptiae om. *C* | uarietas <est> *V* || 24 dixit *C* || 26 nisi] quam *V (dett.)* || 27 ad eundem sentientem *codd., corr. Steph.* | grauitate *C* | et] ac *V* || 28 si] sed *codd.* | istud *C* || 29 in certa distinctioe *V* (-tio est *dett.*)



739 **21** ITA VITA EST HOMINIS QVASI CVM LV DAS TESSERIS  
rectum erat, si diceret 'ita uita est hominum quemad-  
modum tesseris ludere' aut 'quemadmodum ludus est  
tesserarum'. nota ergo genus locutionis.

741 **23** 1 ILLVD QVOD CECIDIT FORTE ID ARTE VT CORRI- 5  
GAS ars adhibenda pro fortuna; non enim si male iactus  
cecidit, deserendus est ludus. 2 *Et* nunc 'forte' pro  
fortuna intellegendum.

742 **24** CORRECTOR quia dixit 'arte ut corrigas'. sed  
moris est iratis ab ultimo uerbo contradicentis incipere. 10

745 **27** NEQVE EST NEQVE ILLAM SANE STVDEO VENDERE  
in scrupulo uersatur Micio, in quo eligit ineptus uideri  
potius quam prodat Ctesiphonem patri.

748 **30** CVR NON posset dicere 'non est Aeschini amica',  
sed celanda est culpa Ctesiphonis. 15

749 **31** 1 ITA ME DI AMENT VT VIDEO TVAM INEPTIAM ordo  
est: ita me di ament, te facturum credo, ut habeas qui-  
cum cantites. 2 Ipse <se> fefellit non inquirendo inte-  
riorem causam retentae in domo meretricis. mire autem  
'cantites' quasi turpius sit cantare senem cum psaltria 20  
quam coire.

751 **33** ET NOVA NVPTA EADEM HAEC DISCET alius 'audiet'  
diceret, sed o magna in uerbis elegantia! uide enim quam  
uim significet 'discet'! et ideo non 'uxor', sed 'noua  
nupta', quam ad omnia docilem esse ipsum indicat nomen. 25

756 **38** 1 HILARVM uetuste, non 'hilarem'.

752 **34** 1 TV INTER EAS RESTIM DVCTITANS SALTABIS lusus  
est natus ab eo fune, quo introductus equus durius in  
Troiam est, cum conexis manibus fune chorum ducunt

4 locutionis <esse> V (dett.) || 5 istud C | ut arte id V ||  
6 fortuna <est> V (dett.) || 8 intelligendum <est> V || 9 ut  
arte C || 12 in quo eligit] negligit C | uidere C, -ri (post po-  
tius) V || 14 est om. V || 16 tuam <ego> V (L) || 17 est ita  
om. C || 18 se add. Steph. || 20 senem] se C || 22 HAEC om. C ||  
23 dicere codd., corr. Rabbow | o] cum C | enim om. C || 24 ideo  
et V || 25 nupta <.Res.> C (dett.) | esse om. V (dett.) || 28 du-  
rius] ligneus V (dett.) || 29 funem codd., corr. Steph. | horum  
codd., corr. ed. pr.

saltantes. 2 Hoc a quibusdam dicitur, at ego puto manu consortos puerorum choros puellarumque cantantes restem ducere existimari et id maxime conuenire ad exagitantam importunitatem senis ueluti pueros imitantis, simul etiam quia iste conexus manuum lasciuus ac petulans adimit discretionem condicionis, dignitatis, aetatis inter meretricem, nouam nuptam et senem. 3 Vide hoc quemadmodum dictum est et quanto stomacho! iam ab Aeschino recessum est, iam transitum ad Micionis luxuriam describendam.

- 754 **36** IAM VERO OMITTE DEMEA mire urbanitatem expressit ultro obiurgantis qui obiurgatus est.
- 755 **37** 1 TVAM ISTAM IRACVNDIAM 'tuam istam' dicendo ridiculam et superuacua[m] significat. 2 Et bene 'iracundiam', nam ira de causa est, iracundia de uitio multum irascentis. 3 ATQVE VTI DECET HILAREM ET LIBENTEM bene addidit 'et libentem': multi enim hilares simulantes se non libentes sunt.
- 756 **38** 2 FAC TE NON DIXIT 'esto', sed: elabora ut esse possis.
- 758 **40** HANCINE VITAM HOSCINE MORES HANC DEMENTIAM *ἐλευκτικῶς* omnia utpote stomachatus secum loquens: deest enim 'esse' aut quid tale.
- 760 **42** DOMVS SVMPTVOSA 'domus' id est homines.
- 761 **43** 1 IPSA SI CVPIAT SALVS SERVARE PRORSVS NON POTEST *σωματοποιία*. Plautus (*Asin. II 2, 2*) 'libentio[m] te faciam quam Libentia est'. etenim *ὑπερβολή* est 'ipsa

1 at ergo C, sed ego V (*dett.*) || 2 choros puellorum puellarumque V (D) || 3 dicere *codd., corr. Steph.* || 4 senis om. C | imitantes C || 5 ista C | <in> connexu *codd., corr. Steph.* || 7 Vide hoc W.: ideo C, et hoc V (*dett.*) || 8 et Steph.: sed V, o C | quam C | stomacho <credas> V (*dett.*) || 9 iam] et V (*dett.*) || 13 istanc *semper* V (*dett.*) | <et> tuam C || 16 ET] ac V (L) || 17 lubentem *semper* V (*dett.*) | et om. V (*dett.*) || 18 sed (se *dett.*) simulantes V (*dett.*) || 19 <esto> fac(e)te C || 22 ellipticos V (*dett.*), \* \* \* \* C | stomachans C || 24 SVMPTVOSA domus om. C || 25 prorsus <seruare> C || 26 poterit <hanc familiam> V (*dett.*) | *σωματοποιία* Steph.: \* \* \* \* *codd.* | lubentiores (om. te) Plaut. || 27 *ὑπερβολή* Steph.: \* \* \* \* CV



Salus, si cupiat, prorsus non potest seruare hanc familiam'. 2 Hinc licet aestimare, quantum et coloris et grauitatis apud Terentium sit ad imitationem Caecili; nam uide quantum creuerit a superioribus, ut sic finiret!

*J. Ros. q. r. 2, 1, 59.  
Wessn. append. p.  
585.*

## V.

## 1.

- 763 1 1 EDEPOL SYRISCE hic exemplum inducitur licentiae 5  
seruorum sub miti domino. 2 EDEPOL SYRISCE TE CV-  
RASTI MOLLITER quia detegi Ctesiphonem iam oportet,  
ebrius inducitur Syrus, per cuius fallacias tegitur adhuc.  
3 Et 'Syriscum' se dicit, non 'Syrum', τῷ ὑποχορί-  
σματι. 4 MOLLITER delicate. 10
- 764 2 1 LAVTEQVE MVNV ADMINISTRASTI TVVM ut quicquid  
esset bellissimum carperes cyathosque sorbilaris (cf. IV  
2, 51—52). 2 Aut 'munus' seruire: esse et bibere.
- 765 3 ABI uerbum uel sibi uel alteri cum laudatione blan-  
dientis. nam sic dicunt, qui iam compotes sunt uotorum 15  
omnium perfectique in rebus uniuersis.
- 766 4 1 PRODEAMBVLARE nota duas praepositiones uni  
dictioni adiunctas, ut (*Verg. Geo. III* 256) 'pede prosubi-  
git terram' et (*Homer. Il. II* 305) 'ἀμφιπερικρήνην'.  
2 Et opportune ad delicias exprimendas hoc uerbum con- 20  
uenit, nam procedere segnem 'prodeambulare' signi-  
ficat. nam *deambulare etiam intus potuit.*

2 existimare C | coloris cod. Huls., caloris rell. || 3 muta-  
tionem V, mitionem C, corr. Steph. | cecilia (letitia V, dett.)  
nam codd., corr. W. || 7 detegi W!: detexit codd. | oportet  
<ut> . . . inducatur V (dett.) || 8 tegatur adeo codd., corr. Bent-  
ley || 9 suriscum C | τῷ ὑποχορίσματι Steph.: \*\*\*\*\* codd. ||  
13 esses V (dett.) | libere C, biberes V (dett.) || 19 ἀμφιπερι-  
κρήνην Steph.: \*\*\*\*\* codd.; cf. etiam *Il. VIII* 348 et *inprimis*  
*Gr. L. V* 600, 10 || 20 opportune] optime Steph. | conuenit]  
posuit V (dett.) || 21 producere V (L) | segni cod. Cuiac., signum  
rell., corr. Lindenbr.; segne vel segniter Goetz | prodeambulare  
Westerh.: deamb- codd.